CIMELIA
Qu 4006

LIBRARIÆ UNIVERS. JAGELL. CRACOVI.

Cim 4006

R. XII. 5f

Cosmographia

Joannis de Stobnicza Introductio in Ptolomaei Cosmographiam, Crac. Flor. Ungl. 1512.

Biblioteka Jagiellońska.

III. d. 15.

III. d. 15.

III. d. 15.

Geogr. 599

Brakuje tu mapy świata na dwóch stronach, o których mowa fol. V verso wiersz 9 i 8my od dołu: ... tabule due in cartis separatim posite ad caput nonum ...

Facsimile jednej połowy tej mapy (strona amerykańska), przysłane mi przez H. Harrisse'a, wlepiłem między k. 5 i k. 6.

T. Estreicher

Mappa mundi (facsimile z r. 1889) doklejona na końcu dzieła. (zaginęła)

Te dwie nieliczbowane karty, dodrukowane później, są tu błędnie wprawione. Powinny iść po karcie XIII a przed XIV.

3.V.1932. Stan Estreicher

Odnosi się do kart. 16, 17 poprzednio wprawionych między klb. XIV i XV. Po konserwacji znalazły się na swoim miejscu

Cim. Qu 400b.

# Introductio in Ptholomei Coſmographiã cũ longitudinibus ⁊ latitudinibus regionum ⁊ ciuitatum celebriorum.

¶ Epitoma Europe Enee Siluij
¶ Situs ⁊ diſtinctio partium totius Aſie per brachia Tauri mõtis ex Aſia Pij ſecundi.
¶ Particularior Minoris aſie deſcriptio ex eiuſdem Pij aſia
¶ Sirie compendioſa deſcriptio: ex Iſidoro
¶ Africe breuis deſcriptio: ex paulo oroſio
¶ Terre ſancte ⁊ urbis Hieruſalem apertior deſcriptio: fratris Anſelmi ordinis Minorum de obſeruancia

¶ Magiſter paulus: Croſnenſis. Lectori ſtudioſo

Qui freta. qui fontes populos ac maenia colles
Quiqꝫ cupis uaſti noſcere regna ſoli
Hunc precor huc uultũ pauliſper uerte benignum
Exiguumqꝫ legas candide lector opus
Omnia quo magni clauduntur climata mundi
Quodqꝫ fouet uarijs terra rotunda locis
Quo populos urbes mirabere flumina montes
Et quae ſunt oculis non bene uiſa tuis
Quo ptolomei ſubito (mihi crede) uidebis
Et releges ſparſim grandia ſcripta libri
Et quod mille alij docti ſcripſere libellis
Hoc paruo inuenies conſpicieſqꝫ libro

Diſthicon

Adſpice quam paruo lector ſtudioſe libello
Clauſa ſit immenſi machina magna ſoli

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

# Reuerendiſſimo in chriſto patri et do-
# mino: Joanni dei gracia Epiſcopo Poſnanīēſi Joannes de Stob-
# nicza S.D.

NOn eſt nouum. Reuerendiſſime preſul ſꝫ
ab antiquis frequētiſſime vſitatum vt qui
litterarum ſtudijs inſudant ſi quid tandeꝫ
minerue viribus ad ſuam alioꝝ ve vtilita-
tem ſe ſe conficere putauerit id ad bonos
prīcipes ſcribant. qđ mihi feciſſe videntur
nō quo aliquā illis diſciplinā ꝓponāt. ſed
quo gratitudo benefitioꝝ ab ip̄is accepto-
rum. vel amor quo eis afficiūtur innoteſ-
cat ac eorum ex auctoritate ad quos libri
ſcribuntur quedā ip̄is libris accedat auctoritas. horū exemplū ego ſe-
cutus nomini tuo om̄i cum reuerencia ꝑſcripſi quaſdā meas lucubra-
tiōe vel pocius animi recreatiōes Nam cū poſt illam qua pene om̄ib⁹
viribus eram exinanitus longam grauiſſimamqꝫ egrotationē non potui
grauioribus intēdere ſtudijs lectiōe Claudij ptolomei ⁊ alioꝝ qui de ſi-
tu orbis ſcripſerūt interdum oblectari cepi. pulcrum em̄ eſt ac animo
iucundum cognoſcere ſub qua ꝑte celi queqꝫ ꝓuinciaꝝ ⁊ alia id genus
que tractātur in coſmographia poſita ſint. ⁊ quā ip̄oꝝ diſtancia circuli
celeſtes indicant placuit tandem nō ſolum legendo mihi verum etiam
ſcribendo alijs ſi qua poſſem ꝓdeſſe conari. id em̄ p̄cipuū ſtudioſorum
munus putandū eſt. vt nō ad ꝓpriā modo ſed ad cōmunē omniū vtili-
tatem ſtudia referant ſua. itaqꝫ congeſſi in ptolomei coſmographiaꝫ in-
troductionē: nō quā tanta ars requirebat ſed quā tenuitas viriuꝫ meaꝝ
preſtare potūit. vt earum rerum ſtudioſis qui in principijs mathema-
tice minus verſati ſunt patentiorē aliquā ſemitā aperirem. qua ſine er-
rore platiſſimos eiuſdem artis campos ſuum dirigant greſſum. Et ne
ſoli ptolomeo laboraſſem. curaui etiam notas facere quaſdam ꝑtes ter-
re ip̄i ptolomeo alijſqꝫ vetuſtioribus ignotas que Americi veſpucij ali-
orumqꝫ luſtratione ad noſtram noticiam ꝑuenere. Adieci etiam anti-
quis quarundā ꝓuinciaꝝ ciuitatūqꝫ nominib⁹ alia noua quibus nūc ap-
pellantur velut illoꝝ interpretatiōes. Ne aūt cupiam ⁊ noua difficilia
cognitu videantur obbreuitatē quā reqrebat introductio. ideo adiunxi
Epitoma europe Enee ſiluij. paucis qbuſdam in ea de ꝑtibus nr̄e Sar-
macie imutatis. cum compendioſa tocius aſie deſcriptiōe. ac parcium
eius diſtintiōe per iuga atqꝫ brachia montis Tauri. qui totam Aſiaꝫ q̄
longa eſt diuidit tanqꝫ imane eius dorſum. brachia ſua hinc inde miro
quodam mō ſic porrigens vt ex ip̄is nō modo Aſie verū etiam Africe
⁊ Europe vna ſeries monciū accipi poſſet. partes etiam ſingulas mino-
ris Aſie ⁊ Sirie ꝯſtrinxi quoniā harum cognitionē valde neceſſariā ꝓ-

tantum ad alia tum vel maxime ad lectionē ſacraꝝ lraꝝ. compendioſi
us tamē. Siriam. qm̄ minutiores ꝑtes eius quiſqꝫ facile cognoſcere
poteſt ex deſcriptiōe terre ſancte quā nobis donatam a venerando pr̄e
Anſelmo ordinis minorū de obſeruancia verbi dei ꝑ̄dicatore egregio
ſimul cum alijs imprimi ꝓcurauimus. Ex paulo etiam Oroſio princi-
paliores ꝑtes Affrice ſuo loco poſuimus Hec itaqꝫ om̄ia q̄liacūqꝫ ſunt
Reuerediſſime paternitati tue offero nō quo eandem (cui ⁊ ptolomeū
⁊ alios de ſitu orbis ſcriptores non ignotos eſſe ſcio) hac introductio-
ne indigere aut eius lectioni vacare poſſe arbitrarer. noui enim quibus
fluctibus curarum tum paſtoraliū tum reip. regni noſtri hoc potiſſimuꝫ
tempore eſtuat. ſed vt hic om̄is labor meus in tuum nomen referatur.
quo agnoſcat nos eſſe ⁊ fore gratos ſue beniuolencie ac liberalitatis no
bis priuſq̄ȝ aliq̄d meruiſſemus exhibite. Sunt ⁊ alij apud nos viri qui no
men laudeſqꝫ R. P. tue doctiori voce canere iam incipiunt. maiori ore
tandem cantaturi hec ip̄a ⁊ genus ⁊ proauos. cum gymnaſium noſtrū
in quo hec ludunt a tua R. P. magnifice adornatum ꝯſpicent. Nunc
autem hanc velut quandā illoꝝ ꝑguſtationeȝ a nobis benigne accipere
dignetur.

## Ad reuerendiſſimū in chriſto patreȝ et dominū dominū Joannem Lubranſkij benignitate diuina epiſcopum poſnanieſem carmē ſapphicū endecaſyllabū Rudolfi waſſerburgenſis

In tuas quāuis mea muſa laudes
Torpeat preſul teneris ſub annis.
Te tamen uerſu celebrande geſtit
Dicere ſapphus.

Gentis Antiſtes decus es potentis
Ipſe lubranc: patrieqꝫ ſplendor
Sic tuum nomen trifide pererras
Climata terre.

Inclite uirtus generoſa gentis
Sic tue floret pylios in annos
Vt tripertita hec remanet uirenti
Pinus honore

Tu uiros chriſti colis exequentes
Jura uel leges ſuperiqꝫ duris
Qui modis celi: ſtudioqꝫ querunt
Gaudia magno

Alter in ſacris Numa predicaris
Edibus: regem recolens tonantem
Vt tue genti faueat: nec ullo
Deſerat euo

Erigis ſtructis benefacta muris
Menia ut uita queat in quieta
Ante non tutus placido ſacerdos
Pſallere chriſto
Namqꝫ prerupto tua templa muro
Sacra uallaſti/quibus ingruebant
Ante latrones iugulum petentes
Canonicorum
Ipſe uirtutes ſequeris beatas/
Cum quibus ſumma reſides in arce
Glorie:⁊ tandem penetrabis alti
Cardinis axes
Diceris clemens:pius ⁊ benignus⁊
Atqꝫ doctorum facilis uirorum
Fotor: ⁊ fautor ſibi ꝙ pateſcat
Janua ſemper
Pluribus fers ſuppeicias alumnis
Et tibi cordi eſt ſtudioſa pubes/
Unde complures alis in paleſtris
Sepe ſacratis.
Ergo te cuncti uenerentur:atqꝫ
Te colant:laudent:celebrent:amentqꝫ
Vulgus. ⁊ preſtans procerum.ac diſerta
Turba uirorum
Regia nobis uenerandus urbe es
Quam due cingunt alie potentem/
Quaſqꝫ diffuſo ſecat inquietus
Iſtula fleru.
Nunc uelim uultu capias ſereno
Codicem doctus modo Strobnicenſis
Quem tibi multa dicat arte factum
Rite magiſter.

# In coſmographiam Claudij Ptholomeij Alexandrini Introductio.

## Quid ſit coſmographia et quomodo differt a Corographia ſeu Topographia ⁊ Geographia. Caput Primum.

Coſmographia ſcd̄m Ptholomeum. deſignatrix imitatio eſt totius cogniti orbis cū his que fere vniuerſaliter ſibi iungūtur. hec a corographia differt. Nā corographia particularius a toto loca abſcindens ꝑ ſe de quolibet ipoꝝ agit: deſcribens ferme ſingula etiam minima ꝯtentoꝝ a ſe locoꝝ. quemadmodū portus villas vicos fluuioꝝ ſciſſiones ac hmōi alia. que etiā topographia hoc eſt loci deſcriptio. vel pictura appellatur. Coſmographie aūt ꝓpriū eſt vnam eandemq̧ habitabile terram nobis cognitam oſtendere quō natura ſituq̧ ſe habeat ⁊ tantum circa ea intendit que ꝑ deſcriptiones orbis magis generales ſibi iunguntur; velut circa maiora oppida. magnas ciuitates. montes etiā fluuioſq̧ inſigniores Preterea circa ea oīa que iuxta quamlibet ſpēm maiori nota digna ſunt Item coſmographia magis ad quātitatē quā q̄litatem intendit Corographia vero magis ad qualitatē quā q̄ꝛē hec pictura illa mathematica magis eget Differt etiam a Geographia vt ipoꝝ nominū interpretatiōes indicant. Nam coſmographia mundi: geographia aūt terre deſcriptio: vel pictura interpretatur geographia em̄ terram diſtinguit ac deſcribit ꝑ maria montes ⁊ fluuios: nulla rōne circuloꝝ ſpere celeſtis habita Coſmographia autem primum ipſos circulos ꝯtemplatur ⁊ deinde ex ipoꝝ diſtintione terrarum illis ſubiectaꝝ certiſſimis mathematicoꝝ demonſtrationibꝰ ſitus diſtantiaſq̧ oſtendit. Unde de dierum ac noctium magnitudine: De ſtellis que ſemper ſupra verticem nobis ſunt: que ſupra horiſontē nobis feruntur: ⁊ que ꝑpetue nobis non oriuntur: De omnibus deniq̧ q̄ ad rōnez habitationū noſtraꝝ ſpectāt diſerere poterit. que humanis ingenijs mathematico iure demōſtrari altiſſimū atq̧ pulcerrimū eſt.

Coſmographia.

Corographia.

Topographia.

Coſmographie ꝓpriū.

Geographie ⁊ Coſmographie dr̄ia.

## De circulis ſpere celeſtis Caput ſecundum

Quoniam om̄is coſmographie ratio fit ꝑ circulos ſpere celeſtis: ideo de ipſis circulis ꝑmū aliquid vel ſuccincte

dicendum eſt. Sunt aũt duplices circuli: maiores. ſ. ⁊ minores. Ma-
Maior ſphere circulus.
ior circulus eſt qui in conuexa ſuperficie ſpere deſcriptus ipſam in duo
equalia diuidit ⁊ hij ſunt ſex: equator. ſ. Zodiacus: Colurus equinoctiorum
Circulus Minor
Colurus ſolſtitiorum: meridianus: ⁊ orizon. Circulus minor in ſpera eſt
qui in eadem ſpere ſuꝑficie deſcriptus ſperam in duo inequalia diuidit
tales ſunt quatuor Arcticus: Tropicus cancri: Tropicus capricorni
⁊ antarcticus. Ita ſummatim ſunt decem nõ reuera exiſtentes ſed ima-
Equator ſeu equinoctialis.
ginabiles: preter zodiacũ qui realis eſt. Equator qui ⁊ primi mobilis
cingulus ⁊ equinoctialis dr. eſt circulus minor ſcdm quãlibet ſui partem
Poli mũdi.
ab vtroqꝫ polo mũdi equediſtans. Sunt aũt poli mũdi qui ⁊ cardines ⁊
vertices dicuntur: duo puncta celi axem terminancia: ita fixa vt nunqꝫ
moueantur. quorum qui ſeptentrionalis eſt polus arcticus vocatur: oppo-
ſitus aũt ei antarcticus. Ideo aũt equator vocatur equinoctialis quoniã
ſole ipm tranſeunte (quod bis in anno in pricipio arietis. i. menſe mar-
Zodiacus.
tio ⁊ principio libre menſe ſeptembri cõtingit) toto terrarum orbe eq-
noctium ⁊ dies nocti equalis eſt. Zodiacus eſt circulus maior equato-
rem in duobus punctis que ſunt principia arietis ⁊ libre ſecans cuius
vna medietas ad ſeptentrionẽ. alia vero ad auſtrum declinat. ⁊ ob hec
obliquus circulus vocatur. Latini etiam eum ſigniferum vocant qꝫ duo-
Signa borealia
decim ſigna in ſe ferat. ſex in medietate ad ſeptentrionẽ vergẽte que
ſunt aries thaurus gemini cancer leo virgo. ⁊ alia ſex ĩ medietate ad au-
Signa auſtralia
ſtrum declinante que ſunt libra ſcorpio ſagitarius capricornus aqua-
rius piſcis. quo fit vt prima ſex ſigna vocantur ſeptentrionalia ⁊ reliq-
Colurus ſolſticiorum.
ſex auſtrialia. Colurus ſolſtitiorum qui ⁊ declinationũ dr eſt circulus ma-
ior p principia cancri ⁊ capricorni ⁊ p polos mũdi tranſiens. Colurus
Colurus equinoctiorum Meridian⁹ Orizon
itidem equinoctiorum circulus maior eſt p principia arietis ac libre ⁊ po-
los mũdi tranſiens. Meridianus eſt circulus maior p punctum verticis
qui zenith dr ⁊ polos mundi tranſiens. Orizon eſt ſpere circulus ma-
ior. ſupius emiſperiũ ab inferiori diuidens. eſtqꝫ is in quem ſub diuo
conſiſtencium. circũducenciũqꝫ oculos videtur obtutus deficere ⁊ ob
Polus orizõtis.
hoc etiam terminator viſus dr: quoniã partem celi viſam a nõ viſa di-
rimit. Diuerſarũ aũt regionũ varius eſt orizon. ⁊ omniũ orizonciũ po-
lus eſt punctus verticalis ſeu zenith. Nam tale punctum omni quaqꝫ ab
ipſo orizonte eque diſtat. Hec de circulis maioribus. Nunc ad mino-
Circulus arctic⁹
res veniamus. Circulus arcticus eſt circulus minor quẽ polus zodi-
aci ad motum primi mobilis circa polum mũdi arcticum deſcribit. An-
Circulus antarcticus.
tarcticus vero eſt circulus minor quẽ alter polus zodiaci circa polum
mundi antracticũ cauſat atqꝫ deſcribit. Nuncupamus aũt polum zodi-
Polus Zodiaci.
aci punctum vndecũqꝫ a zodiaco eque diſtantẽ. ſunt eñ poli zodiaci ax-
Diſtancia polorum Zodiaci a polis mũdi.
is ipſius extremitates. Et quãta eſt maxima ſolis declinatio ab equino-
ctiali tanta eſt poli zodiaci a polo mũdi diſtancia que eſt ſcdm ptolomeũ

⁊ Alfraganum viginti trium graduum ⁊ quinquagīta vnius minutoꝝ
Tropicus cancri eſt circulus minor quem ſol in principio cancri exiſtens ad motū primi mobilis deſcribit qui ⁊ ſolſticium eſtiuū dr̄. Tropicus capricorni eſt circulus minor quē ſol inicium capricorni tenēs ad motū primi mobilis deſcribit. Hunc etiam ſolſticiū hyemale dicimus. Ceterum quia declinatiōis mentionē fecimus ideo ſciendū declinationē ſolis eſſe qñ ſol de eq̄noctiali ad tropicū cancri ad nos ſcandit vel ad capicorni tropicū a nobis deſcendit. Aſcenſionē ꝑ contariū accipimus qñ. ſ. a tropicis eq̄noctiali ꝓpinquat licet improprie a quibuſdam dicatur aſcendere qñ appropinquat ⁊ deſcendere cū a nobis recedit. Ubi ⁊ illud nō eſt ignorandū gradum triceſimā partē ſigni eſſe Et ſignum duodecimā circuli. Sed cum triginta duodecies mltiplicata tricenta ſexaginta reddant quare manifeſtū fit tocius circuli tot eſſe gradus hoc eſt trecentos ſexaginta. ⁊ gradum trecēteſimā ſexageſimam partem circuli. quē aſtronomi frangere ſolent in ſexaginta minuta ac deinde minutum in ſexaginta ſcd̄a. Coſmographi vero gradū frangunt in ꝑtes aliquotas vt in medietates quaꝝ altera ſic figuratur $\frac{1}{2}$ ⁊ valet 30 minuta: vel ī tercias quaꝝ vna figuratur ſic $\frac{1}{3}$ due autē ſic $\frac{2}{3}$ ⁊ vna tertia eq̄ualet 20 minutis: vel ī quartas vt ſic $\frac{1}{4}$ que valet 15 minuta ⁊ ſic ꝯſequēter. Quod etiam circa fractiōes horarū tenendū eſt Nam aſtronomi horam frangunt in 60 minuta. coſmographi in ꝑtes aliquotas que. ſ. aliquociens ſumpte cōſtituūt ꝑciſe totū. Preterea quociens plures fractōes addūtur vni numero graduū aut horarū apd̄ coſmographos ſecunda fractio nō eſt prime nec tercia ſecunde vt fit apd̄ aſtronomos. ſꝫ oēs ſunt fractiōes vni⁹ integri vt ſic | $\frac{1}{2}$ | $\frac{1}{3}$ | $\frac{1}{12}$ | q̄ oēs ſimul ſumpte eq̄ualent 50 minutis Cum aūt trecentorū ſexaginta: quarta pars ſit nonaginta manifeſtū eſt equinoctialē a polis mūdi nonaginta gradibus diſtare que eſt quarta ꝑs circuli. Rurſus ſi a nonaginta gradibus ſubtraxeris viginti tres gradus ⁊ 51 minuta: que eſt maxima declinatio ſolis ſeu qd̄ idem eſt diſtantia tropicoꝝ ab eq̄noctiali: q̄ remanent ſexaginta ſex gradus ⁊ 9 minuta indicant quantitatē diſtancie tropicorum a polis mūdi. ⁊ quoniā quāta eſt maxima declinatio ſolis tanta diſtancia circuli arctici a polo arctico vt ſupra diximus ideo ꝯcluditur a circulo arctico ad eq̄noctialē diſtanciam eſſe ſexaginta ſex graduū ⁊ nouem minutorū tanta etiam eſt diſtātia tropici cancri a polo mūdi arctico. Rurſus ſi a ſexaginta ſex gradibus ⁊ nouē minutis auferam maximam declinacionē ſolis hoc ē viginti tres gradus ⁊ quinq̄ginta vnū minuta: qui remanent quadraginta duo gradus ⁊ decem octo minuta indicant quātitatē interſticij inter tropicum cancri ⁊ circulū arcticum ⁊ eadem diſtancia eſt inter tropicum capricorni ⁊ circulum antarticū que oīa videri poſſunt in formula ſubſcripta capiti ſequenti.

Tropicus cācri

Tropicus capricorni.

Declinatio ſolis

Aſcenſio ſolis.

Gradus.

Signū.

Gradus tocius circuli.

Diuerſitas fractionū gradus ⁊ hore.

Diſtācia equinoctioꝝ a polis.

Maxia ſolis declinatio:

Diſtancia tropicoꝝ a polis mūdi.

Diſtācia equinoctialis a circulo arctico.

Diſtancia tropici cancri a circulo arctico.

# De quinqꝫ zonis terram habitabilem ⁊ inhabitabilem diſtinguentibus. Caput Terciū

*Forma tocius terre.*

TErra tota rotunde eſt figure quēmadmodū ⁊ mūdus
in cuius medio cōſtituta eſt. ⁊ per quatuor minores
ſpere circulos in quinqꝫ zonas vel plagas diuiditur. q̄
rum due que ſub polis ſunt ⁊ extreme nimio frigore

*Zone frigide.*

rigentes: ⁊ tercia in medio oīm ſita que torrida dr̄ ꝓ

*Zona torrida.*

pter eſtum ſolis inter duos tropicos diſcurrētes: inha
bitabiles ſunt. relique due habitabiles ⁊ tꝑate. tꝑantur eīn calore me

*Zone tꝑate.*

die ⁊ frigore extremarū inter quas medium locum tenent. quarū al
teram que eſt inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticum nos incoli-
mus. reliquā antichtones. Rurſus ſi noſtrā ꝑ oriſontem diſtinxeris in

*Antichtones.*

duo latera. latus terre noſtris pedibus oppoſitum ſi hoīes tenent anti

*Antipodes.*

podes noſtri vocantur. Terram aūt a nobis habitabilem habere figu-
ram clamidis teſtatur Strabo ⁊ Solinus. vel rethis piſcatorij ſeu nu

*Forma noſtre habitabilis.*

becule oblonge vt tenet ptolomeus ⁊ dioniſius. plaga vero tota quam
nos ⁊ antipodes noſtri incolimus tenet figuram timpanalē vt Ariſto

*Forma tocius zone inhabitabil*

teles tertio metheorū ⁊ camarecenſis dicunt. Cum aūt dicimus zonā
ſeu plagam inhabitabilē: male dificilemqꝫ habitabilem intelligimus.
ſunt eīn qui exuſtam torridamqꝫ zonam nunc habitant vt qui cherſone
ſum auream incolunt ⁊ Taprobanā inſulam. etiopes etiam ſupra egi

*Habitātes ſub torrida zona.*

ptum ⁊ alij multi ipis meridionaliores ⁊ maxima ꝑs terre priſcis in-
cognita nuper repta de qua ſermo erit in capite nono. Preterea ex diſ
tancia circulorū minorū quā habent inter ſe vt expoſitū eſt in capite ꝑ
cedenti manifeſtū eſt primā zonam que ſub polo arctico eſt 23 gradus
eſſe ⁊ 51 minutorū. Scdam aūt que antarctica ē ⁊ prime oppoſita to-

*Quantitas latitudinis cuiuſlibꝫ zone.*

tidem Tercia que tꝑata ē ⁊ noſtra 42 gradus latitudinis habet ⁊ 18 mi
nuta. Quarta que ꝓcedenti par eſt totidem. Quinta vero que torrida
eſt ⁊ media 47 gradus habet ⁊ 42 minuta vt ſequens formula indicat


POLVS ARCTICVS
POLVS ZODIACI
AXIS MVNDI
TROPICVS CANCRI
AXIS ZODIACI
EQVATOR
ORIZON OBLIQVVS
TROPICVS CAPRICORNI
POLVS ZODIACI
POLVS ANTARCTICVS

## De Ventis Caput Quartū.

Triplex ortus ⁊ occaſus.

Numerus ventoꝝ. Quatuor principales vēti

Quoniam cognitio ventorū nō parum ꝯfert ad coſmo-
mographiam ideo quedam de ipſis ⁊ diſtintiōe eorū
hic ſubijciemus. qd facile dicemus ſi ꝑſciuerimus ſo-
lem habere triplicem ortum ⁊ occaſum ſcdm binos tro-
picos ⁊ ipm equatorē videlicet eſtiualē eq̄noctialē ⁊
hiemalem. ⁊ meridiei ſitꝗ ipius ſeptentriōis vtrinꝗ
aſſignemus latera. his enī ſingulis proprij venti correſpōdēt qui ab il-
lis ptibus flant. Ideo ſummātim 12. ſunt venti tres orientis: tres occidē-
tis: totidem meridiei: ⁊ medie noctis totidem. Ex q̄bus quatuor qui
in ſequenti formula medium locum tenent ꝑncipaliores ſunt alij mi-
nus principales.

| Ventoꝝ forma. | | Oriens. | Occidens. | Meridies. | Media nox |
|---|---|---|---|---|---|
| Collateral | Tro: Cā: | Cecias. | Chorus. | Euronotus. | Septentrio |
| Medij. | Equator. | Subſolanus. | Fauonius q̇ et Zephyrus. | Auſter qui et Notus. | Aquilo qui et Boreas. |
| Collaterales. | Trop: Capricorni. | Eurus qui ⁊ Vulturnus. | Affricus qui ⁊ Libs. | Libonothus. | Trachias qui ⁊ Circius. |

## De paralellis. Caput Quintū.

Paralelli.

Paralelli ſunt circuli vel linee ex omī pte eque diſtantes
⁊ nunꝗ etiam ſi in infinitum ꝓtrahi poſſent ꝯcurrētes
qualis ē in ſpera equator cū illis q̄tuor minoribꝰ circu-
lis quibus zonas in capite tercio diſtinximus. nō quia
quantum primus a ſcdo tantum ſcdus a tertio diſtet:
nam hoc falſum eſt vt ex eodem capite liquet. ſed quia

Inter paralellos diſtantia.

quilibet duo circuli ex illis adinuicem collati ſcdm qualibet ſui ptem
eq̄liter abinuicem diſtant. Licet aūt paralelli q̄bus latitudo locorum
que eſt inter meridiē ⁊ ſepteptrionē depreh̄editur poſſent ad libitum

Numerus ⁊ diſtācia palelloꝝ ſcdm Ptholomeū.

cuiuſlibet plus vel minus diſtātes deſcribi. Ptholomeo tamē ꝓfacili
ori ſuppputatiōe placuit deſcribere viginti ⁊ vnum palellos ab eq̄no-
ctiali verſus arctū ꝯputatos ⁊. 7. eūdo ab eq̄tore dici verſus auſtrum.
quoniam vlterius ſi quiſpiā greſſum tulerit terram ab eo incognitam
reperit. Ita aūt ꝑdictos palellos diſtinxit vt primus diſtet ab eq̄nocti
ali quatuor gradibus fere cum quarta pte: ⁊ dies longiſſimus ſub eo-
dem palello ſupat diem ſub eq̄noctiali quarta pte hore. Scdus palel-
lis diſtat ab ipo eq̄noctiali gradibus octo ac tercia ⁊ duodecima: ⁊ di-
es ſub hoc palello longiſſimus ſupat diem ſub eq̄noctiali dimidio ho-
re: ⁊ ꝓportionabiliter accipienda eſt diſtancia reliquorū palelloꝝ vt ex
preſſum eſt in figura huic capiti ſubſcripta. ſub eq̄noctiali enī degen-

Quare ſub equinoctiali ſp nox ē equalis diei.

tibus dies cum noctibus equari omī tpe neceſſe eſt quoniā cū neuter
polorum illis eleuetur ſupra orizontem ſed vterꝗ ſit in oriſonte ideo

omnes circuli quos deſcribit ſol motu ſuo diurno in quocūq; ſignorū fiat ſic ſecātur ab orizonte vt cuiuſlibet eorum tāta ps ſit ſup orizontē quanta ſub orizonte. Ad ſeptentrionē vero ab eq̄noctiali pcedentibus eo magis ſubleuare polum arcticum ſupra orizontē neceſſe ē quo magis ab eq̄noctiali diſceditur tanto quoq; dies eſtiui lōgiores ſiūt quāto altius polus ſupra orizontē eleuatus fuerit. quoniā ſemꝑ maiores portiones circulorū deſcriptorū a ſole motu diurno erunt ſupra orizōtem ꝛ minores ſub orizonte. Et ꝯformiter accipiendū eſt de palellis ab eq̄noctiali verſus auſtrum declinantibus. Ex ſupra dictis palellis q̄ui meridionalē limitē terre noſtre habitabilis ptolomeo cognite terminat diſtat ab eq̄noctiali circulo gradibus ſedecem vna tertia ꝛ vna duodecima. Qui aūt ſeptentrionalē limitem terminat diſtat ab eq̄noctiali gradibus ſexaginta tribus qui palellus ꝑ thile inſulam ducitur quare tota latitudo terre ptolomeo cognite conſtat gradibus ſexaginta nouem vna tercia ꝛ vna duodecima aut integris gradibus octoginta. nuper aūt verſus meridiē africe ps que ſeptem pene gradibus citra tropicum capricorni incipiens vltra ipm ſimul ꝛ terciā zonam ad auſtrum latiſſime fere ad vigeſimū primū gradum (vbi eſt caput bone ſpei) ab Americo ꝛ ſocijs nauigatiōis eius luſtrata ꝛ deſcripta ē quos gradus ſi ad latitudinē terre ptolomeo note addideris. latitudo terre que iam habitare cognita eſt habebit centum ꝛ octo gradus: qui continent quartā ꝑtem tocius ambitus terre ꝛ vigeſimā. q̄bus quot milliaria correſpondeāt facile cognitu erit ex dicendis in capite octauo. Tipus aūt palellorū p̄dictorū eſt formula ſequens que docet exceſſum graduum vniuſcuiuſq; palelli ſupra eq̄noctialē: quantitatē dierū ꝛ milliaria ſingulis gradibus palellorū correſpondencia ſimul etiam ſub quo palello medium cuiuſq; climatis ſit.

Quare ab eq̄ninoctiali declinādo dies eſtiui maiorantur.

Terminus meridionalis habitabilis.

Terminus ſeptētrionalis.

Latitudo terre a Ptholomeo cognite.

Nuus terminus meridionalis terre. Caput bone ſpei.

Latitudo terre nūc luſtrata.

Climata cū gradibus palellorū ſimul horas Inſinuat numeris iſta figura ſuis.

| Paralelli ab equatore. | Gradus diſtantie. | Hore dierū maiores. | Quot miliaria facit gradus vnus. |
|---|---|---|---|
| 21 Per Tile. | 63 | 20 | 28 1/2 |
| 20 | 61 | 19 | |
| 19 | 58 | 18 | 32 1/2 |
| 18 | 56 | 17 1/2 | |
| 17 | 54 | 17 | 37 1/2 |
| 16 Diariph:7. | 51 1/2 | 16 1/2 | 40 1/2 |
| 15 | 48 1/2 | 16 | 42 1/2 |

# De climatibus.

Reſiduas pars tabule Climatū cū gradibus paralellor̄ ſimul horas inſinuat.

| Paralelli ab equatore | | Gradus diſtantie | Hore dieı̄ maiores. | Quot miliaria facit Gradus vnus. |
|---|---|---|---|---|
| 14 | Diaboriſt.6. | 45 | 15 1/2 | 44 |
| 13 | | 43 1/12 | 15 1/4 | 45 |
| 12 | Diaromes.5. | 40 1/2 1/3 1/12 | 15 | 47 |
| 11 | | 38 1/2 1/12 | 14 1/2 1/4 | 48 1/2 |
| 10 | Diarhod.4. | 36 | 14 1/2 | 50 |
| 9 | | 33 1/3 | 14 1/4 | |
| 8 | Diaalexan.3. | 30 1/3 | 14 | 54 |
| 7 | | 27 1/2 1/6 | 13 1/2 1/4 | |
| 6 | Diaſien.2. | 23 1/2 1/3 | 13 1/2 | 57 |
| 5 | | 20 1/4 | 13 1/4 | |
| 4 | Diameroe.1. | 16 1/3 1/12 | 13 | |
| 3 | | 12 1/2 | 12 1/2 1/4 | 59 |
| 2 | | 8 1/3 1/12 | 12 1/2 | |
| 1 | | 4 1/4 | 12 1/4 | |
| Equator a polis eque diſtans | | | 12 continue | 60 |
| 1 | | 4 1/4 | 12 1/4 | |
| 2 | | 0 1/3 1/2 | 12 1/2 | |
| 3 | | 12 1/2 | 12 1/2 1/4 | 59 |
| 4 | Antidiameroes | 16 1/3 1/12 | 13 | |
| 5 | | 20 1/4 | 13 1/4 | |
| 6 | Antidiaſines. | 23 1/2 1/3 | 13 1/2 | 57 |
| 7 | | 27 1/2 1/6 | 13 1/2 1/4 | |

# De climatibus. Caput Sextū.

Climā.

Latitudinez terre quātenus habitabilem exiſtimarūt priſci: etiam p climata diuiſerunt. quorū inicia media ⁊ fines ſunt ſub palellis declaratis in capite p̄cedenti vt formula eorundē palellorū indicat. ideo non inutile erit etiam de climatibus aliquid hic diſſerere. Quapropter ſciendū eſt: Clima eſſe ſpacium terre inter duos palellos īterceptum in quo longiſſime diei ab initio climatis vſq₃ ad finem dimidie hore variatio ē. ⁊ quotū aliqd̄ clima ab eq̄tore fuerit tot ſemihoris lō giſſima eius loci dies ſupat diem nocti equalem. Suntq₃ ipſorū ſeptez

Numer' climatū

gemina: q̄uis ad auſtrū nō ſit ſeptimū adhuc luſtratū. ſed boreā verſus

ptolomeus terram ſeptem ſemihoraꝝ ſeu ſeptem climatū ſpacio hoſpitalem ⁊ habitabilē inuenit. que a locis inſignioribus p̱ que fere medie linee climatum tranſeunt ſua nomina ſortita ſunt. primum dr̄ diameroes q̄ſi p̱ meroen a di qd̓ aput grecos p̱ ꝑcat ⁊ caſui genitiuo iūgitur atq̄ meroe que eſt africe ciuitas metropolis inſule nili in torrida zona citra eq̄torem ſedecim gradibus ſita: huius ⁊ ſubſequēciū inciū medium: ⁊ finem. atq̄ maxime diei in quolibet ipoꝝ horas. ⁊ poli arctici in p̄ncipio medio ⁊ fine: eleuatiōes figura huic capiti ſub ſcripta demonſtrat. Scd̄m dr̄ diaſienes a ſiene egipti vrbe que eſt prouincie thebaidis p̄ncipium. Tercium dr̄ diaalexandrios ab alexandria īſigni vrbe africe egipti metropoli quā. Alexander magnus cōdidit. Quartum dr̄ diarodon a rhodo Aſie minoris inſula que ⁊ ſui nōis in ea ſitam noſtra tempeſtate claram ciuitatem habet fortiter thurcarū efferos bellicoſq̄ impetus ſuſtinentē atq̄ ꝓfligantem generoſiſſime. Quintum dr̄ diaromes ab vrbe europe notiſſima inter italicas maxime clara ⁊ inſigni olim gencium domitrice atq̄ orbis capite nunc patris patrum maximi ſede. Sextum diaboriſthenes a magno. Sarmatarum europe fluuio. Septimū diaripheon a ripheis mōtibus qui in ſarmatica europa inſignes ſunt ꝑpetua niue candentes. plura. climata ad boream Ptolomeus nō poſuit cū illud terre qd̓cumq̄ eſt ineptum habitatiōi hoīm exiſtimauit. pari modo dicendū eſt declimatibus que ſunt vltra eq̄noctialem ad auſtrū quorū ſex ꝯtraria noīa hābēcia luſtrata ſunt. ⁊ dici p̄nt anthidiameroes antidiaſigenes anthidiaalexādrios ātidiarodō Antidiaromes: ātidiaboriſthenes: a greca particula anti q̄ oppoſitū vel ꝯtra denotat. de q̄b⁹ auſtralibus climatib⁹ hec pomponij mele verbā intelligenda ſunt vbi ait. zone habitabiles quaꝝ alteraꝫ nos incolim⁹ alteram antichtones paria agunt anni tp̄a verum nō pariter quoniā cū in altera eſt eſtas: in altera hiems. ⁊ in altera vere exiſtente in altera autumnus fit

Denoīatio climatis.
Clima primū. Meroe.
Clima ſcd̄ꝫ
Clima terciū. Alexandria.
Clima quartum Rhodus.
Clima quintū. Roma.
Clima ſextū. Boriſtenes.
Clima ſeptimū. Riphion.
Climata auſtrala
Pomponij Mele ſententia.
Tp̄a anni q̄n agā tur in climatibus auſtralibus.

Figura ſeptem climatū que poſuit Ptholomeus

| | * Diſtancia horaria. * | | | | | Latitudo poliq̄ arctici eleuatio | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Principiū. | Mediū. | finis. | | | Principiū. | Mediū. | finis |
| | Hore. | Hore. | Hore. | | | Gradus. | Gradus. | Gradus. |
| 1 | 12 1/2 1/4 | 13 | 13 1/4 | | | 12 1/2 1/4 | 16 | 20 1/2 |
| 2 | 13 1/4 | 13 1/2 | 13 1/2 1/4 | | | 20 1/2 | 24 1/4 | 27 1/2 |
| 3 | 13 1/2 1/4 | 14 1/2 | 14 1/4 | | | 27 1/2 | 30 1/2 1/4 | 33 2/3 |
| 4 | 14 1/0 | 14 1/2 | 14 1/2 1/4 | | | 33 2/3 | 36 2/5 | 39 |
| 5 | 14 1/2 1/4 | 15 | 15 1/4 | | | 39 | 41 /5 | 43 1/2 |
| 6 | 15 1/4 | 15 1/2 | 15 1/2 1/4 | | | 43 1/2 | 45 2/3 | 47 1/4 |
| 7 | 15 1/2 1/4 | 16 | 16 1/4 | | | 47 1/4 | 48 2/3 | 50 1/2 |

## De meridianis. Caput ſeptimū.

Meridianus.

Meridiani variatio.

Lōgitudo locoꝝ.

Gradus longitudinis.

Inter meridianos diſtantes.

Primus Meridian⁹ Inſule fortunate. Ultimus meridianus ſcd'ȝ Ptolomeū

Lōgitudo terre ſcd'ȝ Ptholome.

Meridianus vt in capite ſcd'o diximus ē circulus maior per punctum verticis ⁊ polos mūdi tranſiens. vñ euenit vt hunc circulum nobis ad ortum vel ad occaſuꝫ ꝓficiſcentibus cōtinue variari neceſſe ſit. ⁊ om̄ia loca quoꝝ vnus ad oriētem magis q̄ꝫ alter vergat: diuerſos habere meridianos ⁊ hoc pacto de locis vicinius ad occaſum vergentibus. his meridinis longitudo locorum que inter oriens ⁊ occidēs eſt diſtinguitur. Unde longitudo locorum nihil aliud eſt quam arcus equatoris inter duos duorum locorum meridianos interceptus ⁊ gradus menſurātes illum arcum. gradus longitudinis vocantur. Et licet poſſint pro voto cuiuſq̄ꝫ magis vel minus diſtantes deſcribi meridiani ſicut dictum eſt de paralellis menſuratione tocius terre habitabilis. Ptholomeus tamen propter faciliorem computationem meridianos proximos inter ſe quinq̄ꝫ gradibus diſtantes fecit in tabula generali coſmographie. ⁊ eoſdem equalibus numeris in latere meridionali ſeptemtrionali ſibi correſpondentibus annotauit qui gradus longitudinis ꝑcant quorum primus qui occidentalem finem claudit eſt meridianus qui ꝑ inſulas olim fortunatas nunc magna Canaria vocatas deſcribitur. Ultimus vero qui extremā plagam orientalem noti orbis terminat d'r meridianus ductus ꝑ metropolim ſinarum. diſtans a primo meridiano gradib⁹ 180. Et eſt lōgitudo tota terre a Ptolomeo cognite: ⁊ medietas ambitus tocius terre. ſed que Ptholomeo ⁊ alijs priſcis erant ignota nuper Americi Ueſpucij aliorumq̄ꝫ luſtratiōe (ſacta iam ꝑ totum ambitum longitudinis terre) nobis deſcripta ſūnt. ſicut in tractu orientali regio Cataij ⁊ magna ꝑs indie meridionalis que eſt vltra centeſimū ⁊ octogeſimū longitudinis gradum. Sil'r in occaſu vltra africam ⁊ europam magna ꝑs terre quā ab Americo eius reꝑtore americā vocant vulgo aūt nouus mūdus d'r. Preterea multe alie maxime inſule ⁊ in orientali ⁊ meridonali ⁊ occidentali occeano reꝑte ſunt quarum ſitus ⁊ in longitudine ⁊ latitudine in nono capitulo exponetur. Nunc aūt hec que Americi veſpucij ⁊ alioꝝ luſtratione cognita ſunt vltra longitudinem terre a Ptolomeo deſcripte ponūtur in alia medietate ambitus terre noſtris pedibus oppoſita vt tabule due in cartis ſeperatim poſite ad caput nonum noſtram indicant. altera em̄ illaꝝ que Ptolomei deſcriptionē cōtinet ꝑ. 180. gradus longitudinis extenditur reliqua que eſt Americi veſpucij ꝑ tot idem ſumpto initio ꝯputationis gradū poſt vltimū lōgitudinis ptolomei hoc eſt a. 180. vſq̄ꝫ ad. 360. In q̄bus tabulis diſtācia inter ꝑalellos ⁊ meridianis nō ꝑ quinq̄ꝫ ſed ꝑ decem gradus facta eſt ob anguſtiam ſpacij.

## Applicatio ſupradictaruꝫ ad Coſmographie Ptolomei tabulam ⁊ quo pacto ex ipſis diſtancia locoꝝ ſcd'm


GIACIALE
ARCTICUS
TERRA Ī
COGNITA
monte
280
290
300
310
320
330
340
350
360

7a

Notatka H. Harrisse'a.

Johannes de Stobnicza.

Mappemonde 380 par 270 mm.

Impressum Cracoviae p. Florianum Unglerium,

Anno MDXIJ.

Cf.!! Cartographia Americana Vetustissima - No 92, in

Henry Harrisse Discovery of North America

93, 95, 112, 279-296, 472-4 [illegible]

Niniejsze facsimile przysłał mi H. Harrisse w lipcu 1892, jest ono wyjęte z jego dzieła "The Discovery of North America," London 1892. Facsimile całej mapy znajduje się w dziele: A. E. Nordenskiöld, Facsimile-Atlas till Kartografiens äldsta historia &c. Stockholm 1889.

W tym egzemplarzu "Introductio" brak tej niezmiernie dla rozwoju kartografii amerykańskiej ważnej[1] mapy.

Tad. Estreicher

1) Między innemi jest na niej po raz pierwszy wogóle przedstawiony rzeczywisty sposób połączenia Ameryki Północnej z Południową, t.j. zapomocą przesmyku Panamskiego; inne mapy wcześniejsze, a nawet późniejsze, mają tu cieśninę.

laritudinē ⁊ lōgitudinē eſt inuenienda. Caput octauū

OMnia ſupra dicta i gñali coſmographie tabula Ptolo
mei ſic repies. Nā cū eam inſpexeris primū in ipa equi
noctialem circulum cum duobus tropicis vtrinq; poſi-
tis videbis. Deinde a latere occidentale offerūt ſe ſe nu
meri palellorum cum excreſcencia dierum eſtiuorū vl
tra horas. 12. eq̄noctialis circuli: ſeu diē habitāciū ſube
q̄noctiali ꝓcedēdo ⁊ verſus ſeptētrionē ⁊ verſus auſtrū. Simul ⁊ clima
ta que vt re ipſa ꝓbētur accipiam⁹ primū palellorū verſus ſeptētrionē
qui vltra. 12. horas eq̄noctialis circuli excreſcit quarta pte vnius hore
humanum itaq; genus ſub hoc palello repoſitum habet diem longiſſi-
mum. 12. horaꝝ ⁊ quarta pte hore. ⁊ ꝯformiter de alijs palellis accipi
endum eſt. Innoteſcit deinceps tibi ad extremum orietem p̄fate tabu
le ituro. ğ. eleuatiōis poli ſeu diſtancie ab eq̄noctiali de quinto ſemp in
quintum ſcriptus. ⁊ ab his linee ad occidentez ducte palelli ſunt ſcdm
eleuationis poli gradū deſcripti quinq;. ğ. inter ſe diſtantes. Sub eq̄no
ctiali eñ de gentibus vterq; polus in orizonte eſt vt ſupra diximus: a q̄
ad ſeptentrionē euntibus eo magis ſubleuari polum arcticum oppor-
tet quanto plus ab eq̄noctiali deſcenſum fuerit. que poli eleuatio regi-
onum ⁊ locorum habitabiliū diſtanciā ab eq̄noctiali liq̄do mōſtrat. tan
tus eñ ſemp eſt tractus diſtancie oppidi aut regiōis cuius ahelas noſ
ſe menſurā ab eq̄noctiali quanta eſt eleuatio poli ſupra orizontē eiuſdē
Facilis inde cognitu fiet milliarium numerus ſi pſciueris numeꝝ milli
arium vni gradui correſpondeciū ⁊ eundem mltiplicaueris p numeruz
eleuationis poli. Id tñ maiorē inmodū ob ſeruanduz ſcdm Ptolomei
ſententiam milliaria ab eq̄noctiali circulo verſus arcton non vbiq; gen
cium fore equalia: verum variari ſcdm maiorem aut minorez terre tra
ctum a primo eñ. ğ. eq̄noctialis circuli vſq; ad duodecim vn⁹. ğ. 60. mil
liaria cōtinet itala. vltra vere ꝓcedēdo minuere oporet milliaria vt pa-
tet ex figura palellorū capiti quinto ſubſcripta ⁊ clarius tabula ſequens
indicat. ¶ Et ſi miliaria ad ſtadia: paſſus: cubitos: pedes: ſextā
tes: palmos. ⁊ digitos reducere deſideras hec notato.

In latere occidē tali tabule gñalis Ptholomei ſcri pta.

In latere orien tali ſcripta.

Paraleli.

Eleuatio poli di ſtancia ab equino ctiali indicat.

Inuentio miliarii.

¶ Digitus hec menſurarū minima ſtatuitur.

| | |
|---|---|
| Palmus digitos habet. | 4 |
| Sextans palmos habet. | 3 |
| Pes palmos habet. | 4 |
| Cubitus ſeſquipes eſt: palmos habēs | 6 |
| Paſſus pedes habet. | 5 |
| Stadiū paſſus habet. | 125 |
| Milliariū ſtadia habet octo vel paſſus | 1000 |

Priſcoꝝ quidā quintā ptē milliaris dicebant eſſe ſtadiū quod ex duce
tis pedibus conficiebant.

# De diſtancia locoꝝ.

| Equator. | Gradus. | Gradus. | Miliaria Itala. | Miliaria Germana. |
|---|---|---|---|---|
| | 1 | 12 | 60 | 15 |
| Tropic⁹. | 12 | 25 | 59 | 14 $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{8}$. |
| | 25 | 30 | 54 | 13 $\frac{1}{2}$. |
| | 30 | 37 | 50 | 12 $\frac{1}{2}$. |
| | 37 | 41 | 47 | 11 $\frac{1}{8}$. |
| A | 41 Uſqȝ ad | 51 faciunt. | 40 | 10 |
| | 51 | 57 | 32 | 8 |
| | 57 | 63 | 28 | 7 |
| Circulus | 63 | 66 | 26 | 6 $\frac{1}{2}$. |
| arcticus | 66 | 70 | 21 | 5 $\frac{1}{8}$. |
| | 70 | 80 | 6 | 1 $\frac{1}{2}$. |
| Polus | 80 | 90 | 0 | 0 |

*Inuentio diſtancie locoꝝ ſcdm latitudinē.*

¶ Uolens itaqȝ ſcire diſtantiā aliquaꝝ regionū vel locoꝝ alioꝝ ſecūdū latitudinem: vide gradum in fine paralleli inſcripti cui regio ſubiecta eſt. quo reperto vna cū gradu ⁊ parallelo alterius regiōis: ſagaciter tene gradus medios inter gradus ſignatos vtriuſqȝ paralleli. hij em̄ diſtancia illarum ſcdm latitudinem tibi indicabūt. de hinc ex tabella pxime pceden ti vel illa paralleloꝝ quinto capiti ſubſcripta accipe numeꝝ milliariū medijs gradib⁹ correſpōdētē (qui etiā annotari in qbuſdā tabulis Ptholomei ſolent ſub gradibus eleuatiōis poli vel in latere oppoſito) poſtremo numerū milliariū mltiplica per numeꝝ medioꝝ graduū. quo facto in promtu erunt miliaria itala diſtantiā regionū ſcdm latitudinē diſtācium.

*Reductio Milliarioꝝ italoꝝ ad germanica meridiani*

que ſi ad noſtra velis reducere milliaria diuide numeꝝ milliariuȝ reptorum p quatuor ⁊ ppoſitum habebis verum cū primū ad meridionalem prefate tabule ptem aſpexeris lineas verſus ſeptemtrionē ſubleuatas cōſpicies quas meridianos memorāt quoniā vbi ſol aliquā illarum linearum tetigerit. huic hoīm generi quod ſibi ſbctm̄ eſt meridiem efficit.

*Principiū meridianoꝝ ⁊ graduū lōgitudinū.*

quoꝝ meridianoꝝ ⁊ graduū longitudinis principiuȝ eſt ab occidentē ex ipis fortunatis inſulis p quas prim⁹ meridianus a Ptholomeo deſcriptus eſt vt diximus. proceſſus vero ad orientē.

*Meridianoꝝ diſtancia*

Eminoꝝ etiam diſtantia meridianoꝝ quīnqȝ graduum duntaxat eſt. ⁊ trium quindecim:

*Quot gradus vni hore correſpōdēt*

qui vnius hore quantitatē obtinent. quoniā ſol ad motum primi mobilis quindecim gradus eqnoctialis circuli in vna hora ptranſit. q̊ fit vt regio quindecim gradibus aut tribus meridianis ab alis diſtans: ſi orientalior fuerit integra hora cicius meridiem ⁊ diem occaſumqȝ ſolis habet reliqua ad occiduum ſolem vergente.

*Inuētio diſtancie locoꝝ ſcdm lōgitudinum.*

Meciturus itaqȝ oppidorum aut regionū alioꝝ ve locorū diſtantiam ſcdm longitudinis tractū ab vtriuſqȝ regionis meridano ad gradus longitudinis deſcende: ⁊ me

dios vtriuſqꝫ meridiani gradus tenaciter obſeruato: vna cū numero miliarium: quem vbi multiplicaueris ꝑ graduum reptorū numerū: diſtancia longitudinis patebit. vbi vero ad axez ſuſpicies reperies gradꝰ correſpondētes gradibꝰ longitudinis a regiōe i latere meridionali notatis

# De partibus terre et earū longitudine ac latitudine

Caput nonum

Totam terram Ptholomeo notm ex ꝓdictis conſtat habere latitudinē 80 graduū longitudinē vō 180 ⁊ hāc quoque terminari dixit a quattuor orbis ꝑtibus terra icognita quamuis pleriſqꝫ in locis oceano intercepta. videlicet ab ortu ſolis terra incognita que populis orietalibus maioris Aſie ſinarū. ſ. atqꝫ ſerū adiacet. A meridie ſilr terra incognita que indicum pelagus cingit. que ve amplectitur meridionalem etiopum regionem agiſimbā nominatā. ab occaſu etiam terra incognita que ſinum africe etiopicū cingit: ⁊ deinde occidētali oceanō qui vltimas occidētis ꝑtes alluit. A ſeptemtrione oceano q̄ inſulas britani e circūplectitur ⁊ ꝑtes europe maxime ſeptemtrionales claudit. preterea limites reliquos habet terram incognitā que ꝑtibus aſie maxime ſeptemtrionalibꝰ emittet Sarmacie. ſ. ⁊ Scitie atqꝫ Serū: ſcꝫ hi ſūt termini habitabilis noſtre a Ptholomeo deſcripti. Nunc autē multo amplior latitudo ⁊ ad ſeptemtrionē ⁊ ad meridiem: maiorqꝫ longitudo ipſius cognita eſt Amerij veſpucij aliorūqꝫ luſtratiōe: compertūqꝫ eſt ipſaz (quod ⁊ homerus ꝓdidit:) velut quandā ingentē inſulā ab omī ꝑte oceano ablui ac circum nauigari. Nec ⁊ ſiunica ſit in tres tn̄ ꝑtes veteres illam diſtinxerunt quarū pre magnitudine prima eſt Aſia. ſcd'a Africa Tercia europa. Aſia cōiungitur africe ꝑ iſthmū iudaicū: ſeu ꝑ dorſū arabie coartatū inter mare noſtrū ⁊ ſinū arabicum licet Ptolomeus dicat eas ſub tropico capricorni ꝯiungi ꝑ terram incognitā que indicum pelagus circūplectitur: que eius ſolitaria ſentētia vtrum vera ſit nec ve in ſequenti capite dicemus. Europe ⁊ Aſie coniunctio fit ꝑ dorſū quod inter paludem meotim ⁊ ſarmaticū oceanū excurrit ſuper Tanais fluuij fontes: Africa nuſqꝫ ꝑ ſe ſe europe coheret. mari noſtro inter vtraſqꝫ inter iacente. Europa ab occidente mari atlantico a ſeptemtriōe britannico ab oriente Tanai fluuio Meotide palude ⁊ mari pontico. a meridie mari mediterraneo quod noſtrum appellatur clauditur. Eius latitudo inicium ſumit a decimo ꝑalello qui ꝑ Rhodum deſcribitur ⁊ diſtat ab equinoctiali 36 gradibus. panditur aūt vltra vltimū ꝑalellū ſeptemtrionalem 63 gradibus ab eq̄noctiali diſtantē. longitudo vero a tertio gradu incipiens vbi caput europe eſt appellatū ſacrū fere ad ſexageſimū quintū gradum ꝑte ſui ſeptemtrionaliori ꝓtenditur Africa ab occiden

Terminū terrē habitabilē ſcd'm phtolomeū.

Tres ꝑtes terre

Aſie ⁊ africe cōiunctio

Europe ⁊ aſie.

Europe termini

Latitudo europe.

Longitudo europe.

# De partibus terre.

Africe termini.

te mari atlantico a meridie ociano etiopico. a ſeptentrione mari medi
terraneo ab ortu nilo fluuio egipti terminatur. Cuius latitudo eſt inter

Latitudo africe

decimum palellum qui fuit inicium latitudinis europe ſub tota torrida
zona et inter vigeſimū primū gradum vltra tropicum capricorni vſqꝫ
ad Caput bone ſpei extēditur. Lōgitudo aūt eadem fere eſt cum longi

Lōgitudo africe

tudine europe licet ſub torrida zona quibuſdā ꝑtibus vſqꝫ ad octogeſi-
mum gradum attingat. Aſia que ceteras magnitudine ⁊ opibus vin-

Aſie termini.

cit ab occidente habet eoſdem terminos quibus europa ⁊ africa. ab ori
ente eos orientaliqꝫ indico a meridie meridionali indico ⁊ rubro. latitu

Latitudo aſie.

do ei⁹ paulo minor ē quā europe ⁊ africe ſimul maxīe in pte orietali. Lō

Longitudo.

gitudo vero incipiens a quinqgeſimo quinto gradu( vbi frons eius que
minor aſia vocatur excurrit inter africam ⁊ europam)protēditur ſcdm
Ptolomei traditionē vſqꝫ ad 180. gradū. Nunc aūt cum tota luſtrata

Quarta ps orb.

eſt vſqꝫ ad 240. Non ſolū aūt ꝓdicte tres ptes nunc ſunt latius luſtrate
verum ⁊ alia quarta pars ab Americo veſputio ſagacis ingenij viro in

America.

uenta eſt. quam ab ipſo Americo eius inuentore amerigem q̄ſi a ameri
ci terram ſiue americā appellari volunt cuius latitudo eſt ſub tota torri

Latitudo quarte partis.

da zona ⁊ ꝑ omīa climata tam ſeptemtrionalia ꝙ meridionalia. Lōgitu

Longitudo quarte partis.

tudo aūt eius ſic deꝑhendetur ſi in gradibus lōgitudinis a Ptolomeo
deſcriptis cōtinue ꝓcedatur ꝑ ambitum terre ad ſupficiem ipſius terre
pedibus noſtris oppoſitā ſic vt c onpleantur 360. gradus longitudinis
tocius ambitus terre. longitudo itaqꝫ huius quarte ptis eſt a 280 gra-
du vbi pars eius ſeptemtrionalior incipit vſqꝫ ad 345 in quo pars eius
meridionalior deſinit. Pars ei⁹ africe oppoſita ꝓpinquior eſt cōtinen-
ti noſtre habitabilis. nec tū ꝓpinquius ad eam accedit quā 20 gradibus

Dria quarte ptis a trib⁹ priorib⁹.

vel citra Nūc in modū terra iam quadriptita cognoſcitur ⁊ prime tres
eius partes cōtinētes ſunt : quarta inſula cum omni iquaqꝫ mari circū
data cōſpiciatur. Trium inſuper ꝑcium terre priſcis note cognitiōem

Numer⁹ tabularum pholomei.

Ptolomeus tradidit in 26 tabulis: quarū decem ſunt europe. quatuor
africe ⁊ duodecim aſie. quas autē ⁊ quot regiones quelibet tabularum
contineat ⁊ in quo libro a Ptolomeo tranctantur ⁊ que longitudo que
ve latitudo cuiuſqꝫ illarum ſit ex tabula huic capiti ſub ſcripta facile co

Declaratō ſequētis tabule.

gnitu eſt. in qua primus ordo numerorū gradus longitudinis regionū
Se Scdus gradus latitudinis vt eos deſcripſit Ptolomeus indicant
quentes vero duas columnas numeroꝝ Jacobi Stapulenſis adiecim⁹
quibus cognoſcūtur principia media atqꝫ fines in gradibus tum lon-
gitudinum tum latitudinum vt tituli vniuſcuiuſqꝫ indicāt. Addidim⁹ etiā

Numerus prouinciarum.

tabulam longitudinis latitudiniſqꝫ quarundā inſigniorū ciuitatum ex
Ptolomeo depromtam. Sūt aūt omēs prouincie a Ptolomeo deſcri
pte 94. europe 34. africe. 12. aſie. 48

# Nomina xxxiiij. prouinciarũ Europe.

Noĩa 34. p̃uinciarꝝ Europe cũ interp̃tatiõibus Nicolai Germanici
Ptholomei descriptio. Jacobi Stapulensis.

| Ex secũdo libro. | g̃. lõgi: | g̃. lati: | g̃. longitu: P | m. | f. | g̃. latitudi: P | m. | f. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hibernia ĩsula Britanica | 11 | 58 1/2 | 7 | 13 | 18 | 62 | 59 | 57 | Prima tabula. |
| Albion insula britanica nunc vero Anglia dicitur. | 20 | 54 | 14 | 22 | 30 | 61 | 56 | 51 | |
| Hispania betica. nunc regnum granãte. | 7 1/3 | 38 1/3 | 4 | 8 | 12 | 40 | 38 | 36 | Secũda tabula. |
| His: lusitana nũc portugalia | 8 | 39 1/2 | 2 | 6 | 11 | 41 | 39 | 37 | |
| His. tarracõ. nũc catalonia. | 11 | 42 | 4 | 12 | 20 | 45 | 39 | 34 | |
| Gallia aquitanica nũc frãcia & Burgundia. | 18 | 43 1/2 | 17 | 19 | 21 | 55 | 49 | 43 | Tercia tabula. |
| Gallia Lugdunensis nunc francia Normandia Britania minor & Turonia. | 23 | 48 | 16 | 20 | 25 | 51 | 45 | 39 | |
| Gallia belgica nũc picardia flãdria. luczelburgia. lotringia burgũdia alsacia & suicia necnõ rinẽses. | 26 | 47 | 22 | 25 | 29 | 54 | 49 | 45 | |
| Gallia narbonensis. nũc prouincia vel delphinatus | 22 | 44 1/2 | 21 | 25 | 29 | 45 | 43 | 42 | |
| Germania magna ꝯtinet. franconiã. Uestualiã. Hassiã. Saxonia. Marchiam. Doringiã. Meissam. Slesia. Morauia. Bohemiã & foetlãdriã. | 34 | 52 | 27 | 36 | 46 | 59 | 52 | 46 | Quarta tabula. |
| Rhecia nunc Suecia. | 32 1/4 | 46 1/3 | 29 | 30 | 31 | 47 | 46 | 45 | |
| Uindelicia nunc Bauaria. | 32 1/2 | 46 1/3 | 32 | 33 | 34 | 46 | 46 | 45 | |
| Noricũ etiã dicitur & Stiria | 37 | 46 | 34 | 35 | 37 | 49 | 47 | 45 | Quinta tabula. |
| Pannonia sup̃ior. nũc austria | 39 1/2 | 47 | 37 | 42 | 48 | 47 | 46 | 45 | |
| pannonia iferior nũc hũgaria | 39 1/2 | 47 | 41 | 43 | 45 | 47 | 44 | 42 | |
gis: ſeptemtrionē idem Thuringi haſſiq; excipiunt. prouinciā p labitur haud ignobilis amnis quē moganum vocant Phtolomeus hunc fluuium Menū appellare videtur. q̄ ſuperiores germanos ab inferiorib⁹ eundem diuidere affirmat neq; eñ alius fluui⁹ eſt qui eam diuiſionem apercius quā moganus efficere poſſit. ⁊ hodie quidē inferiores germani vſq; ad maguntiam procedūt: abinde ſuperiores vocantur. Mogan⁹ vero ex montibus Bohemi ortus in regione Maguncie in Rhenū fluuium exoneratur ob quam rem nō defuerūt qui Maguncīā Moguntiam a Mogana fluuio dicerent. Perlabitur idem fluuius non paucas ciuitates quarū illuſtriores ſunt Herbipolis ⁊ frankfordia In herbipoli nobilis epiſcopi ſedes eſt qui ⁊ frankoꝝ dux habetur ⁊ cum rem diuinam facit gladium in altari nudum ante ſe habet in frankfordia nobile emporiū eſt: in quo ſuperi cum inferis germani cōueniunt bis ſingulis annis. ibi quoq; impator eligitur ex veteri conſuetudine. ob quam rem palam eſt imperium datum eſſe germanis: qñ inter eos eligitur ⁊ coronatur ⁊ ſic demum ad culmen glorie Rome quoq; diadema ſuſcipitur Eſt aūt franconia partim plana: partim mōtoſa. mōtes ipi haud difficiles ſunt ager nō admodū pinguis nam plerumq; arenoſus ē. multis in locis conſiti colles vineis gratum pducunt vinum maxime vero apud herbipolim multe ſilue: ⁊ multa venatio eſt. Terra in multos partita eſt dños. q̄uis Epiſcopū Herbipolēſem ducem franconie dicant vt ante relatum eſt Maguntina eccleſia ⁊ Bambergēſis plurima obtinent loca Palatinus quoq; Comes haud paruam occupat partē Marchiones Brandeburgēſes tanq̄ burgrauij norimbergēſes potentes in ea ſunt: multe p̄terea ciuitates impiales apud frācones florēt de Norimberga dubium eſt franconie aut baioarie cedat. ipm nomen indicat ad Baioarios vrbem pertinere Norimberga eñ Noricū montes ſignificat. ob quam rem patet noricoꝝ ciuitatē fuiſſe. Noricis aūt baioarij ſucceſſere ⁊ nunc ea portio terre baioarie que inter danubiū ⁊ norumbergam iacet noricū appellatur Ciuitas tamē in parrochia Bambergenſi eſt que ad frankones pertinet Ipſi Norunbergēſes nec Baioares nec frāconēs videri volunt ſed tercium qddam ſepatum genus Baioaria ad ortum eſtiuum: ac meridiei ptem franconie primat Ea quoq; perlata ⁊ diues terra eſt Cui ad meridiē alpes Italie iunguntur. Sueui ad occidentē eius ſolem recipiunt. Auſtrales orientem. ac Bohemi ſeptētrionē. Danubius mediam ferme plabitur. Inter auſtriam ac Boioariam alij anaſum alij enū terminū poſuere Sueuos a Baioarijs. Licius diſtreminat amnis. hanc olim regionē norici tenuere cuius adhuc portio media inter Ratiſbonam ⁊ norūbergā trans danubium ſita (vt añ diximus) Noricum appellatur Pontificales vrbes quinq; in ea ſunt: quaꝝ vna metropolitica eſt Salczburgā vocant ex flumine Salcza cui adiacet. Veteres iuuaniā vocauere. ¶ Anglia inſula proxima ad ſeptemtrionē regno francie neq; eñ plus quā xxx milibus paſ

- Moganus fluui⁹
- Inferiores germani ſupiores
- Maguncia.
- Herbipolis.
- frankfordia.
- Locus electiōis impatoris.
- franconie diſpoſitō.
- Dñi franconie
- Norumberga.
- Noricum.
- Baioarie ſitus ⁊ termini.
- Salczburga.
- Anglia inſula.

Britannicū mare. Albion. Britannia: Scocia. Hibernia.

ſinum id mare latum eſt qđ flandriam atqꝫ Angliam interfluit cui quo-
dam britanie nomen fuit nunc anglie hanc veteres tum albion tū brita-
niā vocauere. huius ſuprema portio in aquilonē verſa vocatur Scocia
fluminibus haud magnis ⁊ monte quodā ab anglia diſcreta vbi brumā
li tpe fere trium horarum dies eſt. ¶ Hibernia inſula paruo a britānia
diſiuncta freto. partim libera Scotoꝝ amicicia ⁊ ſocietate gaudet par

Hiſpāie regna.

tim anglicano paret imperio. ¶ Hiſpania latiſſima regio ⁊ terra opti
mis comperanda: viris armiſqꝫ potens. hoc anno noſtro in plura regna
diuiſa eſt. Primū ac maximū Caſtelle regnū appellāt. Proximū ei ar
ragonū. Tertio loco protugalēſe. cuius ſceptra noſtra etate modera-

Emanuel.

tur glorioſus princeps Emanuel. huiꝰ claſſes victriciaqꝫ ſigna nō ſine
omniū magna admiratione nunc ad antipotas: nunc ad auſtrū hiemale
ſolſticiū tranſcendētes: nunc ad ortus ſolis vſqꝫ ad Taprobanā inſulā.
⁊ mille alia loca nobis incognita penetrarūt Quarto Nauarre. Granā
te qđ ab euuangelio xp̄i alienū eſt vltimū ponunt qđ vrbem habet eiuſ-

Sarraceni ex hiſpania pulſi:

dem nominis maximā munitiſſimā bellicoſiſſimā oppulētiſſimāqꝫ: quā
nunqꝫ antea a Criſtianis debellatā noſtro euo Rex hiſpanie Ferdinan-
dus Sarracenis qui in occidente graſſabātur decennali obſidione ⁊ bel
lo abſtulit Criſtianitatiqꝫ adiecit anno a natiuitate domini. M. cccc. xcij
Eſt etiam regnum Gallicie quod longe lateqꝫ vulgatur propter commu

Compoſtella

nem peregrinationem ad diuum Jacobum appoſtolum qui in ciuitate

Jtalie ſitus ⁊ forma:

Nouio (nunc Campoſtella) quieſcit. ¶ Jtalia omnis inter adriati
cum ⁊ tuſcum mare ſiue ſuperum ⁊ inferum in formam cruris vel bra-
chij extenditur. Et a iugis alpium quibus ad ſeptemtrionem a gallia ⁊

Apēninus mōs

germania clauditur porrecta: appennino monte quo tota ſecundum lō
gitudinem diuiditur veluti dorſo ſe ſe attolens vſqꝫ ad reginum verticē
⁊ littora brutiorum (ex quibus breuiſſimus tranſitus in ſiciliā eſt) protē

Jtalie duo cornua.

ditur. Nam in vltimo ſui in duo cornua ſcinditur quorum alterum ⁊
quod breuius eſt Jonium reſpectat equor. alterum Siculum in extre-

Lōgitudo ⁊ Latitudo Jtalie.

mitate rhegium oppidum continens Cu.ꝰ longitudo ab auguſta preto
ria quē vt dixit Pliniꝰ libro quarto in alpineo fine ſita ꝑ Romā Capu-
amqꝫ porrigitur vſqꝫ ad opidum rhegium teſte ſolino decies centena ⁊
xx milia paſſuū colligitur. Latitudo vero vbi plurimū quadringenta de

Umblicꝰ Jtalie

cem: vbi minimū centū triginta ſex milia. vmbilicū (vt varro tradidit) in

Terminus Jtalie ⁊ gallie ciſalpie

agro Reatino habet hec dudū teſte Plinio in libro tertio ex latere ma
ris ſuperi rubiconem fluuiū pro finibus habuit ita vt a rubicone vſqꝫ ad
alpes gallia fuerit q̄ ciſalpina togataqꝫ dicebatur ⁊ nō italia vbi eſt me
diolanū Ticiū ⁊ comū ſed nunc ⁊ hec pars in nomen italicum tranſijt.
Parciales autem Jtalie regiones ſunt Campania Calabria: Lucania:
Apulia Sabinia Thuſcia Umbria Lacium Hetruria Marchia ⁊ in ea
Gallie parte que ab vſu toge togata: ab italis Ciſalpina dicitur. Ligu-

Sicilie ſitus ⁊ forma.

ris tranſpadū: Jnſubria aut ⁊ Venecia citra padū. ¶ Sicilia inſula eſt
ad vltimū Jtalie. cuius forma eſt triangularis quin ⁊ ipſos angulos to

eidem pꝛomontoꝛia in extremitatibus ſuis cōficiunt e quibus ip̄a a po
etis trinacria dicta fuit. Hoꝛū quidē vnus in meridiē vergit ⁊ pachinus — Pachinus.
dicitur Alius vero ad ſeptemtrionē ſpectat ⁊ peloꝛus vocatur nec plus — Peloꝛus.
diſtat ab italia q̄. M. ccccc. paſſ. bus. Alius aūt in Libiam ⁊ occaſum — Lilibeus.
tendit atqꝫ in ip̄am Carthaginē maxime ſpectare videtur nec ab affri-
ce littoꝛe pluſq̄ centū viginti milia paſſuum diſtat: vocaturqꝫ Lilybeus
⁊ hij tres montes tria inſule latera cōſtituentes: vnū quidē ad aphricā
exponunt: reliqua duo latera verſus Italiam ip̄am coartantes in inſulā
in peloꝛū deducūt. Metropolis Sicilie eſt ciuitas ſiracuſana. ¶ Ad oc
cidentē nauigando ex ſicilia occurrit Sardinia inſula in mari tirreno ſi- — Sardinia.
ta qđ etiam ab ip̄a Sardinia Sardoū vocatur inter ſardinie ciuitates p̄
cipua eſt Calaris. Huic ad ſeptētrionē ꝓxima eſt alia inſula in liguſti- — Coꝛſica.
co mari quā hodie Coꝛſicā vocāt: dicta pꝛimū Therapne deinde a Cirno
rege Cirne cognominata.

## Generalis deſcriptio tocius Aſie et

diſtinctio parciū eius ꝑ bꝛachia Tauri montis cū ꝑticulariozi deſcripti
one Minoꝛis aſie Ex aſia Pij ſcdi. — Aſie ſitus.

ASia ⁊ ad ſeptemtrionē ⁊ ad meridiē extēdi
tur. Auſtralioꝛa ei⁹ latera Meroe ſunt oppo
ſita: q̄uis aurea Cheroneſus in india ad
equinoctialē vſqꝫ circulū ꝓtēdatur. Partes
eius magis Boreales ad Scithas ꝑtinēt in
tra ⁊ vltra Imaū montē que ad paralellū vſ
qꝫ ꝑ thilē ꝓferūtur. taurus mediā q̄dāmodo
ſcindit: qui ab occidēte in orientē excurrens
partē ad aq̄lonē: partē ad meridiē relinquit.
greci alterā interioꝛē vocant: alterā exteri- — Tauri mōtis
oꝛem. Latitudo mōtis pleriſqꝫ in locis ſta- — quātitas
dioꝝ tria milia cōtinet. Lōgitudo quātū Aſia ſtadioꝝ circiter quinque ⁊ — Caput tauri.
quadraginta milia: ab oꝛa Rhodienſi vſqꝫ ad indie ⁊ Scithie extrema- — Tauri noīa.
oꝛientē verſus. Caput ei⁹ inter Cariā Liciāqꝫ cōſurgit q̄bus in locis modo — Cadim Cragas.
cadim mons: mō cragas appellatur: neqꝫ altitudine: neqꝫ latitudine me
moꝛabilis: multe ſunt eius ꝑtes: ⁊ multa illi noīa vetuſtas indidit: Pro
greſſus intra cōtinentē quātū licie fines extenduntur tum pꝛimū attolli — Maſicitū.
tur ⁊ ꝓmōtoꝛiū Maſicitū ad dexterā emittit: qđ in mare Pamphilicū
vſqꝫ ꝓcumbēs: Pamphiliā ip̄am liciamqꝫ diſiūgit. mox ad ſeptemtri- — Celenoꝝ iugū.
onē vergēs: celenoꝝ efficit iugū: qđ ad magnā frigiā licaoniāqꝫ reſpicit:
trāſmiſſa vō hic atqꝫ ī de Piſidia Ciliciā attigit. ⁊ Anthiochia a ſiniſtris — Taurus.
relicta ī duo coꝛnua diuiditur: q̄ꝛū dextrū Tauri nomē retinet ſiniſtrū an — Antitaurus.
titaurū vocāt: qui ſeptemtrionē verſus incedēs: minoꝛem Armeniam a — Scoꝛdiſcus.
maioꝛi diſterminat: relicto ad ſiniſtram iugo verſus: Euxinum pontum
tū cui Scoꝛdiſco eſt nomen: et oꝛientalia Capadocie a minoꝛi armenia

# Gñalis deſcriptio tocius Aſie

Amanus mons ſcīgit Ex Tauro vero cum ad extrema Cilicie ꝑuenit amanus oritur: q̄
Siriam a dextris relinquēs ad euphratē vſqꝫ verſus orientem digredi-
Taurus. tur: nec interruptus eſt: vt Straboni placuit nomē amittit: ſed multum
in altū latūqꝫ creſcēs: multifidus efficitur Pars auſtralior Taurus eſt
qui Armeniā a Meſopotamia diſterminat Pars ſeptētrionalior in mul
Aniantis. tos quaſi ramos ſcinditur: Phtolomeus poſt ſciſionē Euphratis ama-
Niphates. num montē iterū appellat Taurū inter Armeniā Meſopotaniāqꝫ ꝑten
ſum donec rurſus ab amne Tigridis interrūpitur: vltra vero Niphatem
nominat: cui Aſſiria i dextro latere ſubiacet: ⁊ Adiabena regio q̄ dimiſſa
vltra Capri amnis fontes. Niphates in duas ſcinditur ꝑtes: Ea que ad
ſeptemtrionē vergit: Caſpios mōtes efficit: qui ad hircanū pelagus de-
Choatras. feruntur. que vero ad meridiē inclinat Choatras mons appellatur: qui
iuxta Aſſiriā aliquādiu ꝓgreſſus in Auſtrū: rurſus in duo cornua diuidi-
Zageius. tur que Medorū ꝓuinciā includūt. ſeptētrionale nūc Zageius mons:
Orontes. nunc orontes appellatur Auſtrali parchoatras eſt vocabulū quo medis
Parthoatras. diſiungitur a ꝑſide. Cōiunguntur iteruz hec inter ſe cornua circa finem
Medie ad orientē ⁊ iterū diſiungūtur: Ragianā Sigrianāqꝫ terram in
cludencia: Circa finē vero Sigriane denuo ꝓpemodū coherent: ita vt
Porta. portam quandā videātur efficere: q̄ in Parthiā iter aperiat Nā ⁊ par-
Coros. thia Thauro cingitur cuiꝰ pars ſeptētrionalis coros vocatur. Inter hir
Maſdoranus. caniam Parthiāqꝫ diſcurrēs orientalis Maſdoranꝰ: qui Parthos ab
Parthoatras. Aria ſeꝑat. auſtralis Parchoatras ſicut circa perſidē mediāqꝫ nomiatur
Hic parthos a Carmania ꝓhibet. Coros aūt hircaniā ꝓtergreſſus ꝓmō-
toriū nō paruū a ſe dimittit: qđ ad hircanū mare ꝓcumbēs Margianam
Sariphus. ab hircania ſeꝑat. Ipe inter Margianā ⁊ Ariā dilapſus Sariphus ap-
pellatur: Ex quo brachiū aliud excurrit ſeptētrionē ⁊ occidentē verſus:
Bactrianā a Margiana diſiungēs: qđ vbi ad hircanū prope pelagus ꝑ-
uenit: rurſus ad orientē ſeptētrionēqꝫ decurrit: vſqꝫ iaxartez fluuiū. ipſe
Paropaniſus. vero poſtqꝫ Bactrianā: Ariāqꝫ tranſmiſit: Paropaniſſus vocitatur: a q̄
regio que ad auſtrū vergit Paropaniſſadū nominatur eius concluſa iu-
Caucaſus. gis. Ulterius iam indiā ingreſſus Caucaſus dr: qđ nomē ab alexādri mi
litibus accepiſſe videtur. Eius glorie cauſa ⁊ ꝑ adulationē: que regū co
mes eſt: tamqꝫ ille Caucaſi iuga ⁊ ꝓmethei miracula tranſcēdiſſet. Hec
altiſſima videtur: ⁊ admodū lata indie mōtana: que ad ſacas ꝑtingēcia
Comedorū. Comedoꝝ noiantur: deīceps Imaus īcipit: ⁊ vſqꝫ ad fōtes gangis exten
Imaus. ditur: ex quo dorſum deriuatur: qđ in ſeptētrionē vergens: in oceano ꝓ
cumbit: Et iuxta Phtolomei traditionē Scijthas duas i partes diuidit
multoſqꝫ ramos ꝓducit: qui Boreales Aſie partes multifariā parciūtur
Is vbi ꝑ aliquantū ſpaciū Gangē ꝓtermiſit: ⁊ ad exteriorē indiā ꝑuenit
Emodus. Emodus nominatur: qui circa finē indie in duos ramos diuiditur vſqꝫ
Otorocoras. in coꝝ excurrētes pelagus; alteri otorocoras nomē eſt; ⁊ Seres reſpicit:

alteri Semãtinus ad ſinas terrarũ vltimos. medij inter vtrũq; Sẽman
tini degunt. Et ipi orientalium extremi: ac pene incogniti. ſic Taurus ſe
habet tocius Aſie diuiſor: cui ꝑ Antitauꝝ ⁊ Caſpiũ montẽ Caucaſia iu-
ga. ⁊ quecũq; ꝑ aſiã montana excellũt ꝓpe modum cõiuncta ſunt. Nec
male exiſtimaſſe putauerim. Si quis ꝑ Juga ſirie que de tauro deriuã
tur: ⁊ dorſum Arabie qđ iter mare noſtrũ arabicũq; decurrit: Troglodi
tarum mõtes vſq; ad eos qui lune vocãtur: et deinde ꝑ iuga incognita
in athlantẽ vſq; ꝑueniri poſſe affirmauerit Rurſus que Hiſpaniaꝝ mon
tes Pirheneis cõtineri: ⁊ illos ꝑ mõtana galliaꝝ gelidas alpes attinge
re: Ex quibus huic apemini⁹ italiã omnẽ interſecat: illic ꝑ hiſtriã ⁊ dal-
maciam vſq; in Peloponeſũ ⁊ in traciã altiſſima iuga decurrũt: Et in-
ter Rhenũ ac Danubiũ dorſum aſſurgit qđ ex alpibus deriuatũ ꝑ ger-
maniã: Sarmaciãq; dilapſum: ſupra fontes Tanais ad Ripheos mõ
tes attingit: Et ꝑ illos caucaſo iũgitur: ex inde ꝑ Caſpiũ antitaurũ: de-
inq; taurus ipa cõprehẽditur: Ultra quẽ regnare magnũ ãtiochũ roma
ni ꝑmiſere: ex quo fit vt taurus cõtinẽtis vna mõciũ ſeries intelligatur
quãuis pleriſq; in locis tumor nõ ſatis appareat: Aſie ptes: alij plures:
alij pauciores efficiũt: noſtra deſcriptio ſex tantũmõ cõtinet. Tres citra
Taurũ: ⁊ totidẽ vltra. Prior intra taurũ ⁊ occeanũ ſeptẽtrionalẽ ab ori
ente ſole vſq; ad hircanũ pelagũs extẽditur popimario cultro ſimilis: Cõ
tinetq; Scitharũ plurimas gentes: que vltra Imaũ montẽ: citraq; ha-
bitant: cũ q̃bus ⁊ Bactriani memorabũtur: ⁊ gordiani ⁊ Sace: ⁊ Maſ
ſagete ⁊ vltimi ad aurorã Seres: ⁊ qui ſinũ circa habitãt Athacenũ. Se
cunda ab eodẽ hircano mari vſq; ad amnẽ Tanaim ⁊ paludẽ Meoticã
profertur: Habens a ſeptẽtrione terram incognitã in occeanũ verſam a
meridie pontũ Euxinũ: ⁊ qui ab eo in hircanũ pelagus excurrunt Mo-
ſchicos mõtes: In hac albani hiberes: ⁊ colchi: collocabũtur atq; alij q̃
plures populi quos vno vocabulo Scijthas appellãt. In tercia pte Ro
manis inuicta viribus parthia clauditur Medorũq; terra: Et vtraq; ar
menia: ⁊ quicq̃d hodie minor Aſia appellatur inter euxinũ ⁊ helleſpon-
tum: ⁊ Cilicũ pelagus hiſtmo clauditur qui ab iſſico ſinu in phaſidẽ ver-
git: In quarta deſignatur india cum ſinarũ populis ad orientem extre
mis ⁊ inſula taprobane: que ad meridiẽ ſita circulũ eq̃noctialẽ trãſcen-
dit. Quinta ab indo fluuio vſq; ad amnẽ tigrim intra taurũ ⁊ mare indi-
cum: ſinũq; ꝑſicũ iacens: Paropaniſades: Aracoſias: Arianos: Dran-
gianos: Gedroſianos: Carmanos: ꝑſas: Aſſirios: ⁊ Suſcianos cõplecti
tur: Sexta eadẽq; poſtrema ab ipo Tigride amne vſq; ad iſſicũ ſinũ: no
ſtrumq; pelagus extẽdetur: omĩa complexa a Tauro mõte in ꝑſicum ⁊
Arabicũ ſinum: atq; in egipti Septẽtrionalia vergũt His in locis pri-
ores ad orientẽ Meſopotamij occurrẽt Babilonij: ac caldei q̃bus cõter
mina eſt Arabia deſerta Ad occidentẽ triplex Siria collocabitur Pa-

Semantinus.
Caucaſia.
Iuga.
Juga ſirie.
Trogloditaꝝ mõtes. Lune mõtes.
Pirenei mõtes
Alpes. Apẽnin⁹
Sex ptes aſie.
Prima.
Scda.
Moſchici mõtes.
Tercia.
Minor aſia.
Quarta.
Quinta
Sexta.

leſtina Comagena:ac phoenicis cum Cilicia:⁊ Pamphilia ac Licia ⁊ cū
his arabia petrea. Ad meridiē felices arabes inueniētur inter ſinū pſicū
Arabicūq; cōcluſi: ar duis mōtibus a reliquis ſui nomīs gētilibus diuiſi
vſq; ad inſulā prope diſtoridē in indicū ptenſi pelagus. hec nobis toci⁹
aſie cercior comodiorq; ptitio viſa ¶ Nūc ptes pciū deſcribēde eſſēt
ſi ipa res breui ſermone dici poſſet verū cū id longioris laboris opus ſit
q; nos in preſencia ſuſcepimus: ceteris dimiſſis ſolū aſie minoris ⁊ ſirie
partes paucis pſtringem⁹ In his eñ regionib⁹ ⁊ repatio humani gene
ris ⁊ primicie naſcētis eccleſie erāt. Aſiā aūt hic intelligo nō illā cui in
orbis terre ptitione terciā ptem eandēq; maiorē dedimus. ſed minorē
ac ppria que eſt velut frons quedā toci⁹ aſie. hāc terminatur ab oriēte eu
frate fluuio ⁊ maiori armenia: ab aliis ptibus mari circūfunditur. Nam
a ſeptētrione pontū euxinū habet. ab occaſu boſphorū thraciū ppontidē
⁊ helleſpontū. a meridie egeum ⁊ reliquā ptem noſtri maris vſq; ad ſi-
num iſicū: ab helleſpōto ad eufratē fluuiū ac maiorē armeniā vſq; porre-
cta. que maiori ex parte ad quintū ptinet clima pter qd tempata eſt ⁊
frugifera pecori ſalubris ⁊ homi. hanc Phtolomeus totam in octo ptes
diuiſit In prima pontū ⁊ bitiniā locauit: duarūq; puinciarū apud auto-
res late memoratarū limites confudit Scdo loco Aſiam circūſcripſit: ⁊
propriā nominauit: phrigiā ei miſiāq; ⁊ alias pleraſq; prouincias commi
ſcens Tertio lyciā Quarto Galaciā cui ⁊ paphlagoniā ⁊ licaoniā ⁊ piſi
die partē adiecit Quinto pamphiliā Sexto Capadociā Septimo mi-
norem armeniā cuius ptes ita deſignauit vt intra Capadociā haud du-
bie cōtineri videatur. Ultimā oīm Ciliciam fecit ſuos cuiq; parti termi
nos aſſignans quos put comodū fuerit referemus Eneas ſiluius qui po
ſtea papa pius appellabatur omēs illas ſub tribus cōcluſit. quarū prior ⁊
nobilior eſt que ab helleſpōto vſq; ad capadociā porrigitur ⁊ a mōte tau
ro in ſeptētrionē verſa ponto euxino pcumbit. in hac regionē que pprie
dicitur aſia poſuit: ⁊ bitiniā ⁊ gallaciā. Altera pars iniciū habet vbi pri-
ma definit orientē verſus: ad eufratem vſq; pcurrēs ⁊ ab euxino antitaurū
ſuperās vſq; ad taurū ⁊ Amanū mōtē in meridiē extēditur: in hac Capado
ciam minorē armeniā: ⁊ oram ponticā cōcluſit: Tercia ps eſt omis pla
ga que a ſummis tauri iugis vſq; ad mare in auſtrū vergit in q̄ licia con
tinetur ⁊ cilicia ⁊ pamphilia. facillima eſt hec ptitio que vel gentes re-
ſpicit vel fluuiorū vel monciū naturales terminos. verū reges ac populi
qui rerū potiti ſunt p ſua quiq; volūtate atq; imperij magnitudine pro-
uinciarū limites aut extenderūt aut coartarūt. que res locorū cognitiōi
maxime aduerſa ſcriptores nō modo obſcuros verū etiā inter ſe ptrari-
os reddidit. conandum eſt tamē vt que a maioribus tradita ſunt cogno-
ſcētes quantū fieri poteſt noua etiā non ignoremus initio ſumpto ab ar-
menia minori. que orientē reſpicit eufrati ⁊ maiori armenie cōtermina.

Termīi ⁊ ſitus minoris aſie.

Partes minoris aſie ſcdm phtolomeū.

Alia diuiſio minoris aſie.

Auſtrale eiꝰ latꝰ ad ſiriã ſpectat. ⁊ amanũ mõtẽ: Boreale ad Lidiſſe iugũ
vſqꝫ ꝓpendit: pharnacie ⁊ trapezũti vicinũ. que ad occidentẽ vergũt pro
pria capadocia excipit. Jn armenia minori ſicut Phtolomeo videtur:
non parua ps eſt antitauri ⁊ Melitina regio que pſimilis eſt Comage-
ne. Sola em̃ ex om̃i Capadocia domeſticis arboribus tota conſita eſt: ⁊
oleũ fert ⁊: monoraticũ vinũ qđ cũ greco decertat: hec inter Chathaoni
am ⁊ Euphratẽ iacet Comagene cõtinua: ⁊ ſophine opponitur maioris
armenie regioni admodũ fertili. Jn hac armenia pompeius nicopolim
condidit q̃ poſtea optime habitata eſt. Melas fluuius ex argeo mõte de
ſcendens ꝑ minorẽ armeniã in Euphratẽ exoneratur Phtolomeus plu
rimas ciuitates: ⁊ aliquot ꝓuincias minoris armenie cõmemorat: qrũ
auſtraliorem orbiſenã dicit amano mõti ꝓpinquã. ⁊ magis ſeptẽtriona
lem orbaliſenã Ore põtice cõtinuã: Cathaoniã quoqꝫ minori armenie de
dit ſed nos ſtrabonẽ ſecuti eã Capadocie relinquĩmus Minor Armenia
taurum trãſcendit ciliciãqꝫ complexa eſt cuiꝰ turci etate noſtra ſub Ca-
ramanno duce imperiũ tenent Armenia tñ minor ꝓprium ducem habet
criſti cultorẽ Armeni em̃ poſt accepta fidei ſacramẽta nũqꝫ criſtũ nega
uere: quis ꝓcul ab apoſtolica ſede conſtituti in errores aliquos incide-
runt ¶ Capadocia q̃ maior ⁊ ꝓpria dr ab oriẽti minore armenia ter
minatur: ab occidẽte licaonia. ⁊ pte Galacie: a meridie tauro monte ex
quo Boream verſus vſqꝫ in Comana ponti. ⁊ Amaſiorũ auſtralia ꝓtẽdi-
tur. Aput veteres ſepati fuerũt a Capadocibus Cahones tamqꝫ alteriꝰ lin
gue genus. Ariarates eos Capadocie addidit qui primus Capadocum
rex eſt appellatus Jlli poſtea vſqꝫ adeo in Capadocum linguã ac mores
tranſiuere: vt nulla ꝑegrine gẽtis ſigna remãſerint: Cathaonia plana eſt
lata ⁊ concaua. ⁊ om̃ia fert ꝑter ea que ſemper viret Montes cum aliȷ̃ tũ
Amanus a pte auſtrali qui a tauro cilicie quodãmodo auulſus eſt. ⁊ an
titaurus in contraria abruptus eam intercludũt vt Straboni videtur
Sed Ptholomeus Cathaoniã inter taurũ ⁊ antitaurũ collocat vt q̃ tau-
rum nõ ante Amanũ vocat qꝫ ſiriã attingat Jn hac amnes Saurꝰ ⁊ Pi
ramus. Macedones ⁊ qui poſt eos in macedonia regnauerũt decẽ ꝑturas
conſtituerunt Ceſar ⁊ ſenatus qui archilao vita functo regnum in ꝓuin-
ciam redegerũt vnã addidere quas nominare nil ſuauitatis habet. harũ
alique ad minorẽ armeniã ꝑtinent alique ad ipam Capadociã Cui eciam
yſaurie ps cõiũcta eſt: inter has ꝑturas vnã ciliciã Starheiam appellarunt
que vltra antitaurũ verſus boreã iacet. Jn hac mõs eſt argeus oĩm al-
tiſſimus: aſiẽ minoris centro ꝓximus Cuius cacumina ſemꝑ niue albi-
cant e q̃bus dicũt q̃ eo aſcendũt (quãqꝫ pauciſſimi ſint) ſereno celo equor
vtrumqꝫ pſpici iſicum. ſ. ⁊ poticũ: ſub hoc monte ſitã maſacã Capadoces
m̃rẽ oĩm vrbiũ habuere que etiã euſebia nuncupata eſt ⁊ magna ceſarea
Tota Capadocia frugibus abundat maxime frumento ⁊ pecore omnis

Armenie minoris termĩ ⁊ ſitꝰ.
Melitina regio.
Comagena.
Sophina.
Nicopolis.
Melas fluuius.
Orbiſena regnũ
Orboliſena.
Cathaonia.
Capadocie maioris termĩ.
Cahones.
Cathoania.
Amanus.
Antitaurus.
Saurus.
Piramus.
Decẽ preture.
Argeus
Maſaca vel euſebia ſeu magna ceſaria.

Capadoꝝ flūi9 generis q̄ cum ponto auſtralioꝛ ſit frigidioꝛ tn̄ eſt. Capadoꝛū amnis vt
Plinius ait genti nomē dedit antea leucoſiri dicebātur. ad dr̄iam ſcita
rum qui extra taurū ſunt coloꝛe aduſtio: ꝙ albioꝛes eſſent nomē adepti.
Pōti deſcriptio. his ſedes apud halim fluuiū euxinūqꝫ fuerūt. Seq̄tur pontus qui vt ſtra
bo ait ab occidēti hali flumine clauditur: ab oriente Colchide: a meridie
minori armenia: ⁊ ip̄a ꝓpria Capadocia: nec termini in hac parte ſatis
certi oſtendūtur Boreā pontus immitit. aquo nomē acceptū. Phtolo-
meus (vt an̄ diximus) Bithiniā pontūqꝫ commiſcuit quoniā pompeius
Mitridate deuicto pontū bithinie adiecit. vt ex vtriſqꝫ vna ꝓuincia effi-
ceretur quā Phtolomeus videtur deſcribere. poſtea Romanoꝝ dūces
alias ⁊ alias ꝑtitiones eius fecerūt ⁊ ideo haud mirandū eſt ſi pōtus ip
ſe alios atqꝫ alios accepit terminos ⁊ aliqn̄ a boſphoꝛo tratio vſqꝫ in col
chidem ꝑcurrit aliqn̄ in heraclia finē accepit aliqn̄ alibi. nos in hac de-
Halis flūi9. ſcriptione ſtrabonis limites poſuimus. Halis fluuius quē occidentalem
Cambiſena. terminū ponti poſuim9 fontes habet in Capadocia iuxta Cambiſenā: ⁊
multus ad occidentē fertur poſtea ad ſeptemtrionē conuerſus: leucoſi-
ros in dextera. Galathas ⁊ paphlagonas in ſiniſtra relinquit: ⁊ in euxinū
Figura pōti. exit nō ꝑcul a Calidone. Pontica regio haud multū lata fuit: ⁊ foꝛmā
quodammodo pyramidis habuit: tanto magis arcta atqꝫ reducta quan
to in oꝛientē vlterius ꝓcedit Nam circa pharnaciā: ⁊ trapezuntē pluri-
mum a minoꝛis armenie mōtibus coercetur apud halim qui Galathas
⁊ paphlagonas diſterminat baſim habet. nec tn̄ hec latitudo amplioꝛ eſt
ſex centis aut octingētis ſtadijs a mari vſqꝫ in Capadociā. Et in hūc mo
dum vna trium parciū minoꝛis aſie abſoluta eſt in qua armenia minoꝛ
Capadocia ⁊ pōtus cōcludūtur. q̄ licet vſqꝫ in hanc diem aliqua ex parte
Sc̄da ꝑs aſie mi noꝛis. xp̄iane ſint Turcoꝝ tn̄ imperio parēt. ¶ Nūc accedamus ad illā quā
primā poſuimus in qua tres eciā fecimus ꝑtes prima eſt que ꝓpꝛie
Galacie termini aſia dicitur Altera gallacia Tercia bithinia. de galacia prius dicendum
que oꝛientalioꝛ eſt: huius termini ſunt quēadmodū nos partim ex phto
lomeo: partim ex ſtrabone atqꝫ alijs accepim9 ab oꝛiente Capadocia. ⁊
halis fluuius qui pontū diſterminat. ab occidēti Bithinia: ⁊ aſia. a me-
Licaonia. ridie pamphilia. a ſeptētrione pontus euxinus. In hac ꝑte Licaonia cō
Piſidia. tinebitur q̄ tocius aſie mediū q̊dammō locū ⁊ arcem occupat. Piſidie
quoqꝫ pars cōpꝛehēditur auſtrū verſus. ⁊ ad taurū expoſita. circa pontū
Mariandini. paphlagones: ⁊ Mariandini ſedes habuere. circa Heracliā vrbem que
Heraclia. abeſt a ponti oꝛe vt Plini9 ait milliarijs ducētis ⁊ poꝛtū optimū habuit
Sinope ⁊ a milleſijs erat cōdita ſicut ⁊ Sinope oīm vrbium que in hac regione
ſunt clariſſima. diſtat aūt ſinope ab hoſtio ponti tribus milibus ⁊ quin-
Carambis. gentis. ab heraclia duobus milibus. a carambi ſeptingētis. eſt aūt Ca-
rambis ꝓmontoꝛiū magnū ad ſeptētrionē poꝛrectū: arietini frōtis hn̄s
foꝛmā: qd̄ longo ſpatio ponto euxino incumbēs ip̄m bimarē videtur effi

tere. Jn hac parte Paphlagones inter mariãdinos ⁊ halim fluuiũ collo
cantur ⁊ rurſum inter gallathas ⁊ euxinũ Nam auſtrales paphlagonie
partes Gallathis herent a quibus gallacia dicta eſt: cui ab occidẽti Bi-
thinia ⁊ ꝓpria adiacet aſia. ab oriẽti pontus. a meridie Licaonia: quam
uis ſtrabo inter Gallaciã ⁊ lycaoniã alam quãdã phrigie collocauerit: ⁊ vſ
qꝫ in Capadociã extenderit: quẽ Phtolomeo in hac parte poſtponimus
Galatarũ tres gentes fuere Trogini. Toliſtobogi ⁊ Tectoſages partez
que pontũ reſpicit trogini habuere que tocius galacie optima eſt. Te-
ctoſages verſus maiorẽ Phrigiã iuxta piſinũtẽ ſedes obtinuere caſtel-
lo vſi cui Acira Uocabulũ fuit. Toliſtobogi bithinijs finitimi fuerunt Et
phrigie que epictetus dicta fuit. poſt Gallaciã auſtrũ verſus vſqꝫ ad ta-
rum inter Phrigiã ⁊ Capodociam Lycaonia. extẽditur tota mediterra
nea. Hic lacus ẽ nomĩe Tacta Capadocie adiacẽs iuxta morimenã quẽ
ſtrabo maiori phrigie dedit ſcdm quẽ nõ fuiſſet Lycaonia gallacie cõter
mina queadmodũ Phtolomeo viſum eſt cuius opinionẽ ſequimur Jn
hoc lacu ſal naſcitur atqꝫ adeo facile circa res immerſas congelatur vt
ſepe cũ funalẽ torquere demiſerint ſalis coronas educãt ⁊ volucres aq̃s
eius alis cõtingẽtes ꝓpter ſalis cõcretionẽ facile capiãtur Jn lycaonia
colles ſunt frigidi ⁊ nudi ⁊ paſcẽdis onagris apti: vbi m̃lta aq̃ penuria ẽ:
nec inuenitur niſi in puteis admodũ ꝓfundis ſicut Soaſtris vbi aq̃ vẽdi
tur. Taurus his ĩ locis apropĩquat: cuius ps in ſeptẽtrionẽ vergẽs Ca-
padociã ⁊ lycaoniã terminat ad imminẽtes Cilicas trachiotas. lycaonie
etiam Jſaurica eſt: taurum verſus que duos vicos habuit: qbus alia loca
obtempabãt Cum igitur iſauria eã partẽ tauri occupauerit que inter ly
caoniam ⁊ Tracheã ciliciã excurrit: reliquã, partẽ verſus occidentẽ vſqꝫ
apamia Piſide tenuere. hinc ad tracheã ciliciã ac pamphiliã inde ad ly
caoniam pertinẽtes qui ꝑ tyrannides diuiſi queadmodũ cilices vicinos
latrocinijs vexabãt: inter hos Leleges quidã vagi olim admixti fuerunt
⁊ ꝓpter morũ ſimilitudinẽ ibi remãſerunt Arthemidorus piſidarũ tre-
decim ciuitates nominauit. quarũ alie om̃ino montane fuerunt alie vſqꝫ
ad montiũ ima deſcẽderũt. ex vtraqꝫ parte Phtolomeus Celenoꝝ iu-
ga apud Lycaonas collocauit. ⁊ ſub his Laodiceã combuſtã ⁊ neapolim
⁊ Appoloniã. Lycaoniã beatus Bartholomeus in ſortẽ ꝑdicatiõis ac-
cepit quãuis poſtea vſqꝫ ad victos iubẽte ſpiritu profectus ſacro marti-
rijo vitam finierit. atqꝫ in hunc modũ Gallacia terminata eſt. cum qua ⁊
paphlagones ⁊ Mariandinos ⁊ lycaonas ⁊ iſauros ⁊ piſides oſtẽdimꝰ
Nunc Bithinia ſe ſe offert Limites bithinie ab oriẽte (ſicut ſtraboni vi
detur) paphlagões ⁊ mariandini excipiũt ⁊ pars a pitecti ſeptẽtriõe ma-
re ponticũ qd ab hoſtijs ſaugarij vſqꝫ ad os Euxini tendit qd iter Byzan
cium eſt atqꝫ calcedonẽ. ab occidẽte ꝓpontis: ad auſtrum myſia ⁊ phri-
gia que dr epitectus ſiue helleſpõcia phrigia. Nos in hac parte ꝓpriam

Paphlagones.
Galate.
Galataꝝ tres gẽtes. Trogini.
Tectoſages.
Acira. Toliſtologi.
Lycaonia.
Tacta.
Lacus ſalis.
Soaſtris.
Jſaurica.
Piſide.
Leleges.
Celenoꝝ iuga.
Laodicea combuſta. Neapol.
Appolonia.
S Bartholomeus
Bithinie limite
Os euxini.

# Aſie minoris deſcriptio

Aſiam colocamꝰ: eicꝫ myſiā ⁊ phrigiā adijciemus. Phtolomeus ad ori
entem bithinie terminos vſcꝫ ad partheniū flumē extendit Nobis Stra
bonem ſequi placet qui ſangariū amnē orientalē cōfiniū facit. In Biti-
Calcedon.
nia vrbs eſt Calcedon ſita in ore ponti In qua olim magna ſinodus ce-
Aſtacenꝰ ſinus.
lebrata eſt. poſt calcedonē ſeqtur litus qđ Aſtacenū ſinū appellāt ad ꝓ-
Nicomedia.
pontidē ꝑtinet. in eo cōdita fuit Nicomedia in cuius villa Magnus ꝯſtā
Mors ꝯſtātini magni.
tinus obijt. apud nicomediā tp̄e diocletiāi Ceſaris ſeuiſſima perſecutō
Criſtianoꝝ viguit huic ſinuij alius continuatur ad orientē ſolē recedens
Pruſſa ciuitas.
in quo Pruſſa ciuitas fuit que cijus antea dicebatur. Inter Phriges
Myſos ac bithinios determinare fines arduū eſt. Nam cū incole bar-
bari ⁊ militares eſſent: ⁊ que viciſſent nō firmiter tenerēt: ſed modo eij-
cerēt: mō eijcerētur cōſequēs fuit ſepe mutari cōfinia. Strabo tñ inter bi
thiniam ⁊ eſapi hoſtiū myſiā poſuit: ⁊ mari cōtiguā fecit: ⁊ vſcꝫ ad totū
pene olympū ꝓgredientē. Phtolomeus duplicē myſiā minorē ⁊ mai-
orem commemorauit: ⁊ vtrācꝫ extra bithiniā in aſia poſuit nō ꝓcul ab
ida. Scylax Cariādrus dixit phriges ac myſios circa lacum aſcaniū in
Bythinia habitaſſe. Dioniſius vero cōditaꝝ vrbiū ſcriptor ait anguſti
as que apud calcedonē ⁊ byſanciū medie ſunt olim myſiū Boſſorū no-
minatas fuiſſe. Homerꝰ vero eſapū myſoꝝ cōfiniū dixit ⁊ troum. olym
pus aūt myſius in ip̄a bithinia aſſurgit: cuius latera verſus orientē vſcꝫ
Epictectus.
ad aſcaniū lacum epictetus occupat. Epictetū vero aliam myſiacā aliaꝫ
Accole olimpi.
phrigiacā dixere. Myſiaca troianis ꝓpinquior fuit. Olympum incircuitu
habitauerūt a ſeptētrione bithinij ⁊ Mygdones ⁊ doliones. reliquū my
Doliones.
ſij habuerūt: ⁊ epictetus. Quidā vero Doliones eos dixerunt qui circa
ciſicū habitauere: ab eſapo flumine vſcꝫ in Rhinda cū ⁊ daſciliticū lacū
Migdones.
poſt hos Migdones fuiſſe vſcꝫ in merleanoꝝ agrū. Myſiā mediterraneā
poſuere ab olimpina regiōe vſcꝫ in pergameā ⁊ Caici campos deſcēdētē
Ex quo fit vt manifeſte ad Aſiā ꝓpriā ꝑtineat extra Bitiniā ſita In me-
Salon.
diterranea Bythynie regio memoratur Salon appellata paſcēdis bo-
Nicea.
bus idonea: vnde etiā ſalonēſis caſeus dictus. Hic Nicea Bithinie me
tropolis iuxta lacū aſcaniū ⁊ campus ingens ⁊ valde felix circūſtat. Ni
cea priꝰ antigonia appellabatur hic iubēte Cōſtātino famoſa illa ſinodꝰ
celebrata eſt ⁊ perfidū arrij dogma reciſum Ex lacu fluuius oritur quē
Burſa emporiū turcoꝝ.
pariter aſcaniū priſci vocauere: is in ꝓpontidē cadit. Apud eū burſam
eſſe tradūt nobile turcoꝝ emporiū. ⁊ eoꝝ qui ſunt in aſia precipuā regi-
am. Bithiniā prius bebriciā fuiſſe dictā Julius ſolinus affirmat. Dein-
de Mygitoniam. poſtea a bythinio rege Bythiniā ⁊ i ea lybiſſam lacum
Nicomedie proximū ſepuchro hannibalis fame datū. ¶ Aſiā nūc minorē
Aſie ꝓprie deſcriptio.
⁊ ꝓpriā aggrediamur: huic ſeptētrionē Bithinia claudit. Aurorā modo
galacia: mō lycaonia ⁊ pyſidia exhibet. occiduas ꝑtes maria extermināt
que a ꝓpontide vſcꝫ in cariā ⁊ doricā extendūtur. In auſtro taurus oc-

eurri t: Curſus minorē aſiam in alias ꝑtes ſubdiuidimus quarꝫ primā
maio ꝛ phrigia erit: altera Myſia: tercia troas: cum qua eolis concur-
rit: ⁊ aliquanto maior eſt Quarta ionia: quinta ⁊ vltima caria. Maior
phrigia ab epicteto incipit ⁊ in auſtrū vergēs ad taurum vſqꝫ ꝓtendi-
tur. a ſiniſtra Bithyniā ⁊ pyſinuntē relinquēs. a dextra myſos: meonas
⁊ lydos: ⁊ caras. Hec partim mōtana eſt. partim campeſtris. nā ⁊ mō
tes attingit quos Piſides obtinuere. quibus ꝓpinqua fuit apamia que
Cibotus dicta eſt ⁊ laodicea que phrigiarꝫ vrbium maxime fuerūt. Sed
in celenorꝫ iugis que ad lycaoniā ꝑtinet vrbs fuit nomine Celenis. qua
deſtructa anthiochus ſother hoīes tranſtulit in eam que poſtea apami
a dicta eſt. ⁊ vrbem appellauit de noīe matris apamie Arthabazi filie q̄
ſeleuco nicanori nupta fuit. Urbs in hoſtijs Marſie ſita fuit qui amnis
mediam vrbem percurrebat ab ipa ortum habens. Sed vehementi ac
prono flumine in ſuburbanū delatus in meandrū exonerabatur. Inſigne
hic emporiū fuit ſcdas poſt epheſum ferens laudes. ⁊ commune itali-
corum ⁊ grecorū hoſpiciū habuit. Meander igitur ex celenis ortus ca
rutam vſqꝫ ꝑ phrigiā labitur. quo in loco licum excipit. quem poſſemus
phrigie carieqꝫ limitem facere Lyſias preter mōtana regio ⁊ ipa phri-
gie datur: hec iugum quoddā habet qd̄ ab ortu in occaſum vergit. Huic
plan icies vtrinque ſubiacet ⁊ vrbes fuere a ſeptemtrione Philomeli
um: ⁊ ex altera parte Anthiochia. iuxta piſſidiam que ꝑtim in campo ia
cuit. ꝑtim in colle. Phriges criſtianam fidem receperūt ⁊ diu tenu-
erunt ſed emerſit apud eos Mōtanus quidā qui ſe paraclitū nomina-
uit. gentemqꝫ illā infecit cum quo mulieres priſca ⁊ maximilla relictis
viris ſuis incedebant. ⁊ illius inſpiratione propheti ſſe dicebantur. mul
tiſqꝫ erroribus ⁊ phrigiā ⁊ vicinas regiones impleuerūt. Hec de ma-
iori phrigia. de epicteto que minor fuit iam diximus. Myſiam duplicē
eſſe dixere. alteram olympinā Bythinie ⁊ epicteto continuā. cui culto
res ab hiſtro veniſſe Arthemidorus affirmat: alterā pergamenā que ab
olympicis in caicū pergit. Harū circū ſcribere terminos operoſum ē
qm̄ ⁊ phriges ⁊ lydi ⁊ meōes itermixti fuerūt neqꝫ ſeperare eos facile eſt
Dicem⁹ ergo de myſis lydis ⁊ meonibus ſimul: ⁊ vnā ex omībus ꝓuin-
ciam faciemus. earꝫ que mediteraneā. que ab olympo ⁊ bythinie finib⁹
vſqꝫ in ioniam verſus meridiē protenditur. ab orienti maiorē phrigiarꝫ
ab occidēte troadē relinquēs. Intra myſiam omīs Ager ꝯtinetur qui
ab olympo ⁊ ida mōtibus vſqꝫ ad caici fontes ꝑ mediterraneā ꝓtendi-
tur: ⁊ qm̄ lydi ⁊ meones iter myſos ꝯputātur vlteri⁹ i auſtrū vſqꝫ in agrū
ſordicenſem trās hermū amnē ⁊ laodiceā caiſtrianā myſia excurrit By
thinie nō nichil cōpre hendēs In qua eſt olymp⁹. In his terminis mōs
Timolus cōclud itur ⁊ Sypilus ⁊ conbuſta regio ⁊ theutrania. ⁊ perga
menus ager. ⁊ thebanus qui ſupra adramitū fuit Caicus amnis regio

Maior phrigia.
Piſides.
Apamia.
Laodicea.
Celenis.
Marſia fluuius.
Meander fluuius.
Lyſias. regio
Philomeliū.
Anthiochia.
Montan⁹ hereti cus.
Miſia duplex.
Ager miſie.
Timolus mōs.
Sypilus

nēm valde bonam ⁊ tocius fere myſie optimā percurrit. cuius princi-
Pergamus.
patum Pergamum obtinuit. Inſignis ciuitas que diu ſub athalicis re-
gibus fortunata fuit: ⁊ poſtea romanorum ꝓuincia facta Tantum ē qđ
Troas.
de myſis ac lydis explicare placuit. quāuis eciā inter caras ⁊ maiores
phrigias vſqꝫ ad taurū lydorū myſorūqꝫ nōnulli ꝯcurrerint. Troas fa-
ma ꝑcelebris: myſie ad occidentē ſbiacet tota mari expoſita. Home-
rus ab eſopo. vſqꝫ ad caici fluminis hoſtia fines ꝓduxit Sed addimus
id terre ſpaciū qđ ab hoſtio rhindaci fluminis eſt vſqꝫ ad eſopū vt oram
cizicenam includamus quā Phtolomeus ꝓprie aſie dedit. ꝙ etiā mi-
norem phrigiā troadi cōmiſcuit. nos eam Bythinie applicauim⁹ olym
Eolis.
po myſie adiacentē: Sed quoniā Eolis troadi ꝑmixta fuit eaqꝫ vſqꝫ ad
hermum fluuiū ꝑcurrebat non ab re fuerit ad eundem limitē meridiē
verſus extēdere troadē vt inde rhindaco. hinc hermo claudatur. quāuis
Cizicus.
nonulla ionie loca ad dexterā hermi iacent. Cizicus inſula fuit quingen
torum fere ſtadioꝝ ambitu. admodū ferax. ⁊ duobus pōtibus. iuncta
continēti que iuxta pontē eiuſdē nominis vrbem habuit. ⁊ portus duos
clauſos ⁊ nauatia. Acizicena regiōe ⁊ locis eſapo ⁊ granico vicinis vſ-
Ora ꝓpontidis.
qꝫ abydum ꝓpontidis ora ꝓdūcitur. que ad troadē ꝑtinuit. Ex abydo
Ilij.
vero vſqꝫ ad lectum ꝓmōtoriū ⁊ Ily ⁊ Tenedi ⁊ troiane alexādrie regio
Tenedi regio.
fuit His qꝫ omibus ida imminebat. a lecto vſqꝫ ad caicum complura a-
Troiane alexandrie regio.
lia loca fuerūt. ꝗbus ex aduerſo leſbioꝝ inſula cōſurgit ꝗ omia Troia-
norum fuere ꝑ principatus octo vel nouē adminiſtrata. ꝗbus poſt dele-
Ida mons.
tum ilion eoles ſe ſe immiſcuere a ciziceno agro vſqꝫ in caicum troadis
Leſbos inſula.
terminū. Sed Eoles vlterius ꝓceſſere vſqꝫ ad hermū: cumanū agrum
Eoles. Adraſtia.
⁊ phocēſem occupātes vbi ionie fuit inicium Adraſtia ciuitas ⁊ regio
Mare aſiā ab europa diſterminās
circūiacēs inter priapū ⁊ pariū fuit. Lambaſcus ⁊ Abidus vrbes pro-
pontidi ⁊ helleſponti adiacent. vbi eſt illud mare ſeptē ſtadioꝝ qđ aſiā
Iliensium regio
ab europa diſterminat: hinc ſeꝗtur regioilienſium ⁊ troiani campi vſqꝫ
Campi troiam.
ad idam Nec longe hinc eſt Tenedos inſula diſtans a cōtinente ꝗdra-
Tenedos inſula
ginta ſtadijs cuius ambitus continebat ſtadia octoginta. Leſbos olim
Leſbos.
non ſolū Eolica. ſed eolicarū vrbium altera metropolis fuit ⁊ vniuerſe
troadis imperiū obtinuit. ambitus eius ſtadiorū centum ſupra mille a
borea in auſtrū ꝓtenſa. quingenta ⁊ ſexaginta ſtadiorū lōgitudinis hñs
Chius.
feraci agro ⁊ multa materia ad claſſes ꝯficiendas idonea. Tantū a Chio
Lemnus.
Lemnoqꝫ diſtans quantū a Tenedō intra quinquagita fere ſtadia. vrbes
Mithelme.
in ea fuere memoratu digne. ex quib⁹ Mithilene adhuc extat ⁊ ab ea nūc
Jonia.
inſula vocatur. Jonia eoli ſuccedit que ab hermo fluuio ⁊ vrbe Phocea
Caria.
meridiē verſus vſqꝫ ad Myleſioꝝ ⁊ caricoꝝ mōciū poſſidiū iuxta mare
procurrit. Cariā quā ꝓprie aſie vltimā ꝑtē fecimus. Strabo a borea me-
andri flumine clauſit. ab occidēti hicario ⁊ mirthoo pelago: a meridie
Rodienſi. ab ortu Lycijs ⁊ alijs gentibus. magnā que Tauri montiſ

tem in Caria ꝯcluſit: orā omnē Rodiā ei attribuēs que meridionalis ē. Nos ꝑtitiōi noſtre inherentes Cariam intra meandrū ⁊ montē tauruz collocabimus. Reliqua lycie attribuemus. quāquā Miletum ⁊ alia pleraq₃ maritima loca Jonie attribuerimus. In hac eſt Halicarnaſus que prius Zephira dicta eſt. ⁊ carie principum regia fuit circa initiuz tauri ſita ex qua fuit heredotus hiſtoricus. huic adiacet Cous inſula Rodiorꝫ quā lōgoū hodie vocāt. ¶ Reſtat minoris aſie tercia ps· que trāſ taurū appellatur obiecta noto. in hanc lyciam pamphiliā ⁊ ciliciā collocauimus. Lycia vt ptholomeus voluit. ⁊ ab occaſu· ⁊ a ſeptentrione Aſiā ꝓpriā habuit. ab ortu pamphilie ꝑtē. a meridie lyciū mare. nec ſtrabo ptholomei ſentētie multū aduerſatur. quāuis lycie terminos anguſtiores ab occidēti fecit. multa em̄ extra taurū Carie tradiderūt. q̄ nos lycie ꝯcedimus. totā ſcꝫ oram Rodienſem que a feonicis ꝓmōtorio vſq₃ ad dedala ꝓtenditur ⁊ inſup totā doricā Regionē. In reliquis ꝯcordes erim⁹. Prima igitur lycie pars dorica cheroneſus erit. q̄ Mirthoo Rohdiēſiq₃ pelago cincta. vltimū aſie angulū ad occidētē ac meridiem occupat. quēadmodū Bithinica cheroneſus borealē ⁊ occitentalē: alterū tenet angulū. Nā his veluti duabus columnis baſis ipa ſuſtinetur Aſie: ſiue vel̄ duo cornua dicere: quorꝫ alterū traciā reſpicit: alterū. Cretam: oram heleſponciā in medio cōſtitutā: quaſi bouinā frontē habēcia ⁊ ſi nō eſt hic: atq₃ inde par diſtancia. Circa ſchinuz. Dorice ceheroneſi in auſtrali parte mons fenix eſt omnium eius regiōis altiſſimus. in cu⁹ius ſummo caſtellū fuit eiuſdem nominis: poſtea Gnidus ꝓmōtoriū qd̾ noſtra etas chryj caput appellat ⁊ ciuitas. que portus duos habuit ⁊ in fronte inſulā poſt ea Gnidum in ſeptētrionali latere Coorū inſule ⁊ halicarnaſus: in auſtrali vero parte litus ⁊ Regio Rodiorū erat. Rodus autē īſula xc. ac. xx. ſtadiorū ambitu patet ſcdꝫ noſtram deſtriptionē: Lycie oppoſita. ſcdm Phtolomeū ⁊ ſtrabonē carie: inter aſiaticas inſulas tercia: Leſbus em̄ ⁊ Cyprus Maiores habentur: Rodij tamē rerū geſtarum gloria p̄ualuerūt Multa hec ciuitas Rodia ꝑ ciuilia Romanorum bella ꝑpeſſa eſt: Nec ſub grecorꝫ imperio calamitatib⁹ caruit Sꝫ poſtquā ſaraceni egiptū ⁊ ſiriam: turci vero aſiam obtinuere longe maioribus cladibus ſbctā fuit: ⁊ aliqn̄ venetorū iugū: aliqn̄ aliorū Criſtianorum ꝑtulit: neq₃ vllo pacto turcorū viribus reſtitiſſet: niſi religioſi milites: qui beato Joanni dicati ſunt: inſule eius curam ſuſcepiſſent. hij em̄ poſt perditā hieroſolimā in eam ſe ſe receperūt: ⁊ vrbem pene dirutā inſtaurentes naualiaq₃ ⁊ claſſes reformātes nō ſolū inſulā ipam tutati ſunt Sed cyprijs ⁊ alijs finitimis xp̄m colentibus magno p̄ſidio fuerūt q̊rū virtute quicq̄d in oriente noſtre religiōis eſt criſto ſeruatū fateri licet: Caſtellum ſancti petri: qd̾ in cōtinenti munitiſſimū magno ſumptu cuſtodiunt Rodij: nō paruo viſui criſtianis eſt; qui manus turcorū incidūt

Halicarnaſus.

Cous inſula.

Tercia ps aſie minoris.

Lycia.

Dorica cheroneſus.

Bithinia cheroneſus.

Fenix mons.

Crinmetopon q̄ dr etiā Gnidus

Rodus inſula.

Caſtellū ſcti petri.

Mirū d canib'

Sepē eo fugientes ſaluātur. Canes ingētes noctu extra muros excubāt
de quibus fama eſt: qd criſtianos odore cognoſcant: eiſq aduentātibus
blandiuntur: Turcos aūt latratu prodant ⁊ morſibus inſectantur. Sed
ad lyciam redeamus inter cuius vrbes maximas Archemidorus enu

Patara.

merat Patarā ⁊ Mirā quas inter criſtianos fecit celebres hiſtoria ſctī

Mira.

nicolai. alterius eī earum ciuis: alterius pſul erat. Beatus Criſtophe

Sctūs criſtophorus Samone.

rus apud lycios Martiriū accepit in ciuitate Samone quē virgis ferre
is attritū: ⁊ flammis exuſtum: diuina virtute ſaluatū ferunt. Poſtremo
ſagitarū ictibus cōfoſſū: dū cōſtāter i xpi ꝯfeſſiōe pſiſteret: capite obtrū
catum: Sed noſtra etate lycij omēs in poteſtate turcorū facti rectā fidē

Pamphilia.

amiſerunt. Pamphilia tota mōtana ex tauro in mare ꝓcumbit: ab ori
enti trachee cylicie iuncta: ab occidēti climaci mōti ſeu maſitito qui ly
ciam diſterminat. pyſide ei a ſeptētrione incūbūt qui taurū obtinent
cuius tota p̄ternauigatō ſexcentoꝝ ⁊ q̄draginta ſtadioꝝ ſpaciū continet
Pamphilia ſicut ⁊ relique aſie ꝓuincie ſacroſanctū Criſti ewangelium
ſuſcepit. poſtea de via vite receſſit: ſceleratū Machumetis dogma ⁊ in
anes ſecuta fabulas: ⁊ in hoc vſq tempus delirat Turcoꝝ imperio ſub
iecta quibus ad voluptatē humano generi amicam multa permiſſa ſunt

Cilicia.

Sed iam ad cyliciam tranſeamus Cylicia prius ad peluſiū vſq Aegipti
pretendebat: lydia: pamphylia: Capadocia Armenis: ac medis ſub im
perio cilicū ꝯſtitutis. Mox ab aſſirijs edomita in breuiorē modū ſcripta
eſt: ab oriente Amano clauditur: a ſeptētrione tauri iugis: ab occidente
pamphilia ⁊ plurima iacens campo: In auſtrali latere Sinu lato mare
iſſicum recipit. Ciliciā duplicē eſſe diximus: alterā tracheam: alterā Cā

Trachea cilicia

peſtrem Trachea orām maritimā p anguſtā habet: ⁊ nullū vel raro lo
cum in plano. Taurus ei incūbit: male habitatus vſq ad latera Bore
alia: que circa iſauriam ⁊ omonades exiſtunt: vſq in piſidiā Incipit aūt
Trachiotis Cilicia a Coraceſio: ⁊ vſq magnopolim excurrit Campe

Cāpeſtri cialicia

ſtris vero a magnopoli ⁊ Tharſo iſſum vſq ꝓtendit: cui ad Boreale Tau
ri latus Capadoces adiacent In cilicia Trachea ciuitatē hodie magnā

Satalia ciuitas

eſſe dicunt: quā Sataliā vocant ⁊ oppoſitū mare ſatalicū pelagus: quod

Scandalarū turcus.

anguſtijs Cypris proximū ferunt: ⁊ opidum eſſe non paruū Scandalarū
appellatū cui⁹ dn̄s viginti milia hoīꝫ armare poſſet: qui quāq Turcus ſit
Caramanū tamē ⁊ ottomanū inimicus: Rodijs amicicia iūgitur In alte

Sole ciuitas.

ra autē Sole ciuitas inſignis circa iſſum iacet q̄ deinde Pompeiopo

Pompeiopolis

lis appellata eſt ⁊ tarſus patria appoſtoli pauli quā Cidnus fluuius me

Tarſus: Iſſus.

diam pſluebat Iſſus aūt fuit opidū a quo ſinus iſſicus dictus eſt vbi ſunt

Selencia.

porte que cilicū ſiroꝝq cōfinia appellātur: ꝓpe quas erat Seleucia pri

Caramanus turcus.

ma ciuitas ſirie Ciliciā Campeſtrem Caramanus obtinet: qui ſcōo inho
nore apud Turcos habetur is etiam minoris armenie. ⁊ Capadocie ptē
poſſidet: q̄draginta milia armatorū cū neceſſitas ingruit in camp's ha

bēs Reliqua q̄ extra Taurū in aſia ſunt Octauianus habet: exceptis q̄
ſcandalari domin⁹ poſſidet. Hactenus de cilicia ⁊ aſia: quā minorē Di
ximus. Sed quoniā Cyprus ei ad auſtrū iacet de hac ſimul agendū eſt
qua peragnita finis erit aſiatice deſcriptionis. Cyprus inter maiores Ciprus.
noſtri maris inſulas locū ſibi vendicat: cuius ſeptētrionales ptes Tra
thee Cilicie oppoſite ſunt: ibiqꝫ cōtinenti ꝓxima eſt: oriētales iſico ſinui
occidētales Pamphilicū alluit pelagus: Auſtrales egipciū. Ambitus
inſule trium milliū ⁊ q̄dringētoꝝ: ac viginti ſtadioꝝ ſinū ſe inferenti dr
Longitudo A clidibus in a chamātē ꝓmōtoriū pedeſtri itinere mille ⁊
quadringētorū ab oriente in occidentē ꝓgredienti. Clides duas inſu- Clides.
las vocauerūt: ad orientales ptes aſi Cyprū ſite: que a pyramo ſta dijs
diſtat ſeptingentis in qua hodie metropolis ⁊ regia ē Nicoſia: Inſulā Nicoſia
ferme tota auſtralior eſt paralello qui ꝑ rodū ducitur virtute n ulla in-
ſularum inferior: nam ⁊ vino abundat ⁊ oleo frumēti quoqꝫ ſatis habet
eris etiam metalla in ea fuerūt in q̄bus vitriolū ⁊ rubigo eris naſceba-
tur: ad medicine vſum idonea. Canna mellis multa in Cypro repitur
ex qua Zucharū excoq̄tur: ex pilis quoqꝫ Capraꝝ pannus cōficitur: cui
Zſambelloto noſtra etas nomē dedit: multas res inſula ad alias gentes Zſambletū.
mittit: ex q̄bus lucra nō pauca redundant: alienis nō multū eget ſed ae-
rem parum ſalubrē habet: tota inſula delicijs incūbit. hec ex multis pau
ca in aſia quā minorē dicūt cōmemoraſſe ſufficiat: nūc ad ſiryā acceda
mus in qua primus hō viſus: in qua Criſtus natus ⁊ alitus humanū ge Laus ſirie.
nus ꝑ crucē redemit ⁊ viam qua celū peteremus apperuit.

## Compendioſa ſirie deſcriptio ex Iſidoro.

Siriam ſirus quidā ꝓhibetur indigena ſuo vocabulo nun Siria.
cupaſſe. hec ab oriente fluuio eufrate Ab occaſu noſtro
mari ⁊ egipto terminatur. a ſeptētrione armenia ⁊ capa
docia. A meridie ſinū arabicū habet. Situs eius por-
rectus in immēſam longitudinē. in latitudie anguſtior Partes ſirie.
habet aūt in ſe ꝓuincias cōmagenā: ⁊ fenicēā: ⁊ paleſti- Cōmagena.
nam cuius ps eſt iudea: abſqꝫ ſarracenis ⁊ nabatheis. Cōmagena ē pri
ma ꝓuincia ſyrie: vocabulo cōmage vrbis nūcupata: q̄ quondā ibi me-
tropolis habebatur: huic eſt a ſeptētrione Capadocia: ab ortu meſopo- Fenicia.
tania a: meridie ſyria: ab occaſu mare magnū fenix catheni frater de the
bis egiptiorū in ſyriam ꝓuectus apud ſydonē regnauit: eamqꝫ ꝓuinci
am ex ſuo nomine feniciā appellauit. vbi eſt tyrus ⁊ ſidon Habet autē Paleſtina.
arabiam ab oriente: mare rubrū a meridie Paleſtina prouincia phili- Aſcalon
ſtim vrbem metropolim habuit: q̄ nunc dr aſcalon ex qua ciuitate om̄is
circa eam regio paleſtina eſt nūcupata: huic ab oriente mare rubrū oc-

currit A meridiano latere india excipitur a ſeptētrionali plagā tiriorū
Iudea. finibus clauditur. ab occaſu egiptio limite terminatur. Judea ex nomi
ne Jude eſt appellata ex cuius tribu reges habuit Hec eſt paleſtina re
Canaan. gio q̄ prius canaan dicta eſt a filio cam. ſiue a decē chananeorū gentib⁹
Lōgitudo iudee quibus expulſis eandē terram iudei poſſiderūt Inicium Longitudinis
eius a vicu arſa vſq̄ ad vicum iuliadē porrigitur: in quo iudeorū pariter
Latitudo iude. ac tyriorū cōmunis habitatō eſt. Latitudo aūt eius a monte libani vſq̄
Jeruſolima. ad tyberiadis lacum extēditur In medio aūt iudee ciuitas Hieroſoli-
ma eſt: quaſi vmbilicus regionis tocius. Terra eſt variarū opū dites:
frugibus fertilis: aquis illuſtris: opima Balſamis Unde ſcdm elemen
torum grām exiſtimauerūt iudei eam promiſſam patribus terram fluē-
tem lacte ⁊ melle. cum hic illis deus re ſurrectiōis progatiuā pollicere
Samaria. tur. Samaria regio paleſtine ab opido quodā nomē accepit: qd voca-
tur ſamaria. ciuitas quondā regalis in iſrael: q̄ nunc ab auguſti nomine
Sebaſta. Sebaſta nūcupatur. Hec regio inter iudeā ⁊ gallileā media iacet inci
piens a vicu cui nomē eſt eleas: deficiēs in terrā attrabato Situs ei⁹ na
Galilea. tura cōſimilis: nec vllo differēs a iudea. Gallilea Regio paleſtinē voca
ta eſt: qd gignat cādidiores hoīes: q̄ paleſtina: hec aūt eſt duplex: ſupior
⁊ inferior ſibi tn̄ cōnexe: ſyrie ⁊ fenici adherentes. Terra earum opima ⁊
Pentapolis. ferax ⁊ fructibus ſatis fecūda. Pentapolis regio in cōfinio arabie ⁊ pa
leſtine ſita: dicta a quinq̄ ciuitatib⁹ impiorꝫ q̄ igne celeſti ꝯſūpti ſūt terrā
oli vberima: nunc aūt deſerta atq̄ exuſta Nā pſcelere incolarū de celo de
ſcēdit ignis q̄ regionē illā in cineres eternos diſſoluit: cui⁹ vmbra ⁊ ſpe
cies in fauillis ⁊ arboribus ipis etiā adhuc videntur Naſcūtur eñ ibi po
ma virēcia ſub tanta ſpē maturitatis: vt edendi deſideriū gignāt: ſi que
carpas fatiſcūt ac reſoluūtur in cinerē: fumū exalant quaſi adhuc ardeāt
Nabathea. Nabathea iacet inter Arabiā ⁊ iudeā ⁊ ſurgēs ab eufrate in mare ru
Arabia. brūm porrigitur. ⁊ eſt pars arabie. Arabia aūt tota ſi in orientē reſpici-
as ad dexterā a diacet iter ſirie ſinū arabicū ſeu maris rubri ⁊ pſicū Su-
Meſopotania. pra arabiā ad aquilonē ⁊ ad ſiniſtrā Sirie eſt meſopotania inter Tigrū
⁊ Eufratē flumina. ab oriente Tigrꝫ habēs ab occidēte Eufratē. a meri
die babiloniā. ſed hec ⁊ alia que de aſie maioris ſitu dicenda eſſent iam
accipi pn̄t ex his que de tauri mōtis ⁊ ſex ptibus aſie ſupra diximus p-
tim ex longitudinibus ⁊ latitudinibus regionū quas ex Phtolomeo fi-
deliter depromſimus

## Africe deſcriptio ex paulo oroſio pre-ter egiptum.

Placet etiā de africe regiōibus ſuccinctim aliqua dice-
re: cū iam europe ⁊ aſie preſpſtrinximus ſumētes iniciū
Egiptus. ab egipto vt ſic ſcdm ſolis motū tendamus in occiden-
tem Egiptus ab oriente iudee: arabie petree ⁊ mari ru-
brō cōiūgitur. ab occaſu habet libiam Cirenaicā a ſeptē-

trione ꝑtem maris noſtri que olim pelagus egipciacū vel phariū ꝫ nunc mare magnū vocatur: latus aūt eius meridionale vſq; ad ethiopes extē ditur. Regio celi imbribus inſueta ſolus Nilus inundans eam irrigat ⁊ fecundat vt frugibus multā partem terre alat Ceteroꝝ quoq; adeo abūdās vt neceſſarijs mercibus etiā orbē terraꝝ impleat. Caput egipti Alexandria Soldanus qui totiꝰ africe ⁊ ſirie ac arabie ⁊ multis alijs regionibus in aſia maiori imperat in egipto ſedem habet Regia eius eſt Cayrus olim babulis ⁊ noua babilonia appellata ¶ Libia Cirenaica ⁊ Pentapolis poſt egiptū in parte affrice prima eſt hec incipit a ciuitate Paretonio ⁊ mōtibus Cathabatmō. Inde ſecundo mari vſq; ad aras philenoꝝ extēditur. poſt ſe habet vſq; ad oceanū meridianū gentes libiorum Ethiopū ⁊ Garamantū. Huic eſt ab oriente Egiptus. A ſeptem trione mare libicum. ab occaſu Sirtes maiores ⁊ Troglodite. contra quos inſula Caliſo eſt A meridie ethiopicus oceanus ¶ Tripolitana prouincia vel regio arzugū dr̄ vbi leptis magna ciuitas eſt. quāuis Arzuges ꝑ longū africe limitē generaliter vocētur. Habet ab oriēte aras philenoꝝ inter Syrtes maiores ⁊ Trogloditas. a ſeptentrione mare ⁊ Libicum ⁊ Sirtes minores. ab occaſu Byzacium vſq; ad lacum ſalinarum. A meridie Barbaros Getulos Natabres ⁊ Garamātas: vſq; ad oceanum Ethiopicum pertingentes. Zeugis prius non vnius conuentus ſed tocius prouincie generale nomen fuiſſe que Bizacium zeugis ⁊ numidia dr̄ fuiſſe inuenimꝰ ſed Byzācium vbi Hadrumetus ciuitas Zeugis vbi Cartago magna Numidia vbi Hipos regiūs ⁊ Niſic cada ciuitates ſunt: habet aūt hec tota ꝓuīcia ab oriente ſirtes ⁊ lacū ſalinarū: a ſeptētriōe mare noſtrū qd̄ ſpectat ad ſiciliā ⁊ Sardiniā inſulas ab occaſu Mauritaniam Sitiphenſem a meridie fontes vzare ⁊ poſt eos ethiopum gentes peruagantes vſq; ad oceanū Ethiopicū. ¶ Sitiphenſis ⁊ Ceſarienſis Mauritania habet ab oriente numidiā. a ſeptemtrione mare noſtrum ab occaſu flumē Maluaz: a meridie montē aſtrixim qui diuidit inter viuā terrā ⁊ arenas iacentes vſq; ad oceanū ⁊ oberrat Gangines Ethiopes. ¶ Tingitana Mauritania vltima eſt africe. hec habet ab oriente flumen maluā a ſeptētrione mare noſtrū vſq; ad fretum Gaditanum qd̄ inter habilen ⁊ Calpen duo ſibi cōtraria ꝓmōtoria coartatur. ab occidēte Atlantē montē ⁊ oceanū atlanticū. ſub africo Heſperium montē: a meridie gentes Aulolū quas nūc Galaules vocant vſq; ad oceanum heſperiū cōtingētes. hic eſt terminus africe.

Nilus.

Alexandria Soldanus.

Cayrus. alias alkair Libia cirenaica. Pentapolis. Paretoniū ciuitas. M. Catabatmon Are philenoꝝ. Garamāti Sirtes maiores. Troglodite. Caliſo inſula. Tripolitāa Arzugū regio. Sirtes minores Lacus ſalinaꝝ. Getuli. Mathabres. Zeugis. Bizacium. Hadrumetus. Numidia. Hipos regius. Niſiccada. Fontes vzare. Sithiphenſis. Ceſarienſis Mauritania. Malua fluuius Mons aſtrixis. G[illegible]s ethiopes. [illegible]tita na. Maur[illegible]

# Terre ſancte apertioꝛ deſcriptio fratris Anſelmi oꝛdinis Minoꝝ de obſeruãcia.

UT quiſqꝫ facilius cognoſcerẽ valeat ſitũ inſignioꝝ lo-
coꝛum que in circuitu ſunt ſancte ciuitatis Hieruſalẽ:
quadripharia ea ſic diſtinguemꝰ vt qdã ſint Auſtralia:
quedã occidẽtalia: quedã aqlonaria: ⁊ quedã orienta lia
de qbus ſcdm oꝛdinẽ moꝛe noſtro oĩm verboꝝ curioſi

Diſtãcia bethleẽ a hieruſalẽ.

tate abiecta ſcdm oꝛdinẽ dicemꝰ. Et pꝛimo de auſtrali
bus inter que ſacra Betleẽ pꝛincipatũ teneat: diſtãs ab

Miliare.

Hieruſalẽ fere dimidia ſcda leuca hec eſt magno noſtro Miliari qd in

Leuca.

cludit quinqꝫ miliaria italica. Leuca eñ ꝯtinet tria miliaria italica ⁊ nõ
plura. ⁊ ſic in ſequẽtibꝰ ea vtemur. Exeũdo igitur de ieruſalẽ vſus me-

Syon mõs.

ridiem ad bethleẽ. ad ſiniſtrã partẽ iuxta irlm eſt mõſ Syon vbi Salo

Domus ꝯſilij de nece xpi.

mon fuit coꝛonatꝰ ⁊ iniunctus. Et inuertice illius mõtis eſt domꝰ mali
cõſilij vbi pꝛimũ cõſiliũ tractatũ eſt de nece dñi. Item in eadẽ via vſus

Apparitõ ſtelle.

bethleem qſi in medio vie inter irlm ⁊ bethleẽ eſt locus vbi ſtella reap
paruit magis: qñ receſſerũt de irlm vſus bethleẽ ad querẽdũ pueꝝ Je
ſum natũ. Et ibi eſt ſeptennis indulgẽcia. Et ẽ ibi ciſterna in eodẽ loco

Monaſtriũ heli e

Ab hinc ꝓcedẽdo vſus bethleẽꝑ paruũ ſpaciũ eſt locus vbi eſt monaſte

Cicereſ cõuerſi in lapillos.

rium vbi helias mãſit ⁊ fecit penitẽciã. De hinc vltra eſt ager vbi cice-
res cõuerſi ſunt in lapillos. Ultra vſus bethleẽ eſt Sepulcrũ vbi ſepul-

Sepulcrũ rachel Betleem.

ta fuit Rachel diſtãs a bethleẽ vno quartali miliaris iuxta viã irlm it a-
nam. Inde venitur ad ciuitatẽ inclitã quõdã bethleẽ. q̃ eſt in tribu iuda
vbi fuit caput ipius dauid regis iudeoꝝ ⁊ mõ eſt ad inſtar opiduli pni

Tẽplũ egregiũ.

aliquot domus habẽs in cumulo. In hac bethleẽ eſt eccl'ia pulcherrima
⁊ miro mõ diſpoſita ex quadratis lapidibꝰ obtectis tabulis i pietibꝰ de
marmoꝛe. q̃ eccl'ia hꝫ tectũ cedrinũ i tignis ⁊ tegulis imputreſcibile. de
ſuper obtectũ laminis plumbeis ꝑ totũ ad crucẽ habẽs duas capellas
ex oppoſito choꝛi vnã a dextris: aliã a ſiniſtris. Huius eccl'ie nauis eſt ſa
tis oblonga ⁊ ampla habẽs xl. columpnas marmoꝛeas rotũdas ⁊ pul-
cherrimas qdruplici oꝛdine ſituatas. Et lõgitudo nauis eccl'ie eiuſdẽ ẽ xl
paſſuũ. i. ſcdꝫ ꝯſuetũ modũ gradiẽdi qs paſſus vocãt pedes. De latitudi
ne habet xx. paſſus pedũ mõ ꝑdicto. In parte meridionali dicta nauis:
eccleſia habet xiij. feneſtras. In aqlonari xi. ⁊ hec feneſtre in altũ habent
vt puto v cubitos vel circa In latuꝫ duos vel circa: glebate cemẽto ⁊ ob
fuſcate ne appareat eius pulcritudo vel auium qd adhuc in parietibus
alicubi apparet nõ abraſum ꝑ ſaracenos. Pauimentũ aũt huius eccl'ie
eſt de lapidibus marmoꝛeis quadratis planiſſimũ ⁊ leniſſimũ cũ lubꝛi
citate. Choꝛus aũt eiuſdẽ eccl'ie eſt vſus oꝛiẽtẽ vſqꝫ ad parietẽ oꝛiẽtalem
Et habet de longitudine xxx paſſus ſeu pedes. In latitudine xiij. Juxta
Choꝛũ ad ꝑtem ſiniſtrã vſus oꝛiẽtẽ eſt altare innixum parieti oꝛientali
in loco illo vbi magi cũ muneribus ꝑparauerũt ſe ad offerendũ mune-

rr Et ibi eſt indulgēcia ſeptē annorū. Et iuxta iſtum locū ē fons vbi ſtel
Locus ꝑparatōis muneꝝ magoꝝ.
la dr̄ cecidiſſe ꝑacto officio magoꝝ. Ad partē aūt dextrā chori reſpectu
orientis eſt altare innixū parieti oriētali vbi dn̄s Jhūs paruulus eſt cir
Locus circūciſiōis xp̄i.
cumciſus. Et ibi eſt plenaria indulgēcia a pena ⁊ a culpa Chorum autē
predictum tenēt greci. Sub choro directe ad xvj gradus deſcēdendo
(ſicut ad celariū) eſt rupes hodie deplanata ⁊ auro floriſata in teſtudine
Locus natiuitatis xp̄i.
quadrangularis ſicut capella habēs in lōgitudine xx paſſus pedū ſeu pe
des In latitudine circa ſex cubitos. In pte aūt orientali parietis ſeu ru-
pis illiꝰ ē cauatura vbi dn̄s Jhūs puerulus eſt natus de ſanctiſſima virgi
ne. Et in eodem loco illius cauature eſt altare ſub quo eſt fouea paruula
non ꝓfunda facta ꝑ caractere vbi beatiſſima v̄go Maria primū reperit
filium ſuū recēter vagientē. Et ibi eſt plena indulgencia Et ibi eſt deuo-
tio maxima oīm xp̄ianoꝝ qui omnes quociens intrant ibi ſe proſternunt
Ad partem dextrā ꝑdicti altaris ſeu loci natiuitatis xp̄i reſpectum habē
do verſus orientē: deſcendendo īfra tribus gradibꝰ: nō tn̄ directe verſus
meridiem: ſed inter meridiē ⁊ occidentē eſt cauatura ſeu ꝑſepe cauatū
Preſepe dn̄i.
in quo bos ⁊ aſinus dumtaxat poterant locari: ⁊ vas lapideū ſeu linter in
quo dn̄s Jhūs a ſua bn̄dicta matre abſconditus ē ⁊ iſte lectulus q̄drangu-
laris in lapide albiſſio ſub teſtudine de quo vaſe aīalia paſtum ſumebant
Et ibi eſt plenaria indulgēcia Et ibidē etiam eſt altare. Et hanc callpeā
ſoli fratres noſtri tenent. Nec intromittūt in die natiuitatis alias nati-
ones in capellā niſi pactis diuinis. Nam tūc Gardianus noſter ſingulis
diebus natalis domini in quolibet anno illo die cōducit aliquos thurcos
vel ſaracenos ad cuſtodiam oſtij qui nō ꝑmitunt alios xp̄ianos ſciſmati
cos intrare ſed ꝑcuciūt ⁊c. Juxta dictā ecclīam eſt clauſtrū fratrū in quo
Sepulchrū ſ. Jeronimi.
eſt ſepulcrūglorioſi Jheronimi vbi cōpoſuit bibliotecā in terra q̄ſi in ce
lario. vbi tantū eſt vna feneſtra deſuꝑ Jbi eīm fuit recōditū corpus eius.
ꝗ poſtea ē trāſlatū Romā. ibi etiā beati Euſebij corpus requeſcit. Quidā
Sepulchrū ſ. Euſebij.
ſoldanus videns illius ſacre eccl̄ie mirificū de tabulis marmoreis orna
Miraculum.
dratis ornatum ſicut ⁊ in pauimēto cogitauit de tabulis illis fectis qua
re palaciū ſuū in Cayro: et venientibus artificibus ⁊ Soldano ad deſtru-
endam eccleſiam quam helena ſancta compoſuerat volentibuſq̄ pri-
mum lapidē ſeu tabulā deponere ſubito ſerpens magnus apparuit rep
tans ſuper lapides diuidens eos per medium ⁊ terrens illos artifices
cuius veſtigia dicūtur apparere in tabulis: quod cernens Soldanus ter
ritus cūm artificibus abſceſſit. Ultra bethleem verſus orientē aliquali-
Locus quietis ſ. Marie fugiētis in egiptū.
ter ad aquilonē declināndo ꝑ deſcēſum in valle ē locꝰ vbi beata virgo ma
ria dicitur ꝑnoctaſſe fugiendo in egiptū cū puero ꝓpter herodis ſeuiciā
diſtās ab eccl̄a ꝑdicta quinq̄ vel ſex ſtadijs Et ibi eos reduxit ad viam re
ctam angelus Ab hoc loco verſus orientē ⁊ a bethleē ad vnum mediū
Ubi paſtoribus nunciata eſt natiuitas chriſti.
miliare noſtrum vel vnū quartale miliaris eſt locus qui vocabatur tur-

J

# Terre ſancte deſcriptio.

rio gregis. vbi angelus nũciauit paſtoribus natiuitatẽ xp̃i qui vigila-
*Paule habitatio.*
bant ſup gregẽ In quo loco beata Paula fecit ſibi magnũ edificiũ ſeu
clauſtrum virginũ cuius adhuc veſtigia apparẽt. De bethleẽ ad tres
leucas quaſi ad duo miliaria nr̃a vel min⁹ eſt mõs altus cui adiacet villa
*Rama excelſa.*
Rama excelſa de q̃ videtur quaſi tota arabia vſq; ad montẽ Seijr ⁊ oĩa
loca circa mare mortuũ: videtur etiã Ebron. videtur ⁊ totũ litus maris
*Mons Engadi latibula dauid.*
magni a Joppen vſq; Gaza. De bethleẽ ad vj leucas ſunt montes En-
gadi cõtra orientem ⁊ loca tutiſſima latibula dauid. De bethleem ad
*Ebron.*
quinq; milaria nr̃a verſus meridiẽ ẽ Ebron vrbs antiquiſſima philiſtino
rum Et eſt adhuc hodie tã magna ſicut Schadecz. Ibi in eodẽ loco ſe
*Sepultura patriarche: Spelunca duplex.*
pulti ſunt Adã cũ Eua Abrahã cũ Sara Iſaak cũ Rebecca Jacob cũ
Lija. Hij quatuor patriarche cũ p̃dictis vxoribus ſuis tumulati ſunt in
ſpelunca duplici Ubi ẽ hodie pulchrũ fortaliciũ ⁊ ibi fuit quõdã eccl'a ⁊
fuit ſedes kathedralis a xp̃iãis quõdã edificata. hodie a ſaracenis poſſi
detur ſicut ⁊ tota ciuitas. Non lõge ab hac eccl'a q̃ſi ad quatuor ſtadia
ideſt fere quaſi ad capellã vbi ſctũs Staniſlaus eſt occiſus: ab eccl'a ſan
*Ager damaſcenus.*
cti bernhardini: eſt ager damaſcen⁹ vbi fuit primus hõ formatus de li
mo terre De quo dr̃ formauit deus hoiem de limo terre Inueni ſcri-
ptum in ptibus orientis q̄ hec terra ab incolis comeditur ⁊ ꝑ egiptum
venalis portatur Et quãto ꝓfũdius vel latius foditur tantũ dei diſpoſi
tiõe anno finito reintegrat⁹ reperitur. ſed mihi hoc nõ eſt ꝓbabile Et iſte
ager eſt in valle Et in illo loco fui cũ xx fratrib⁹ aſſociat⁹ ꝑ ſaracenos Ul
tra agrum damaſcenũ in alio mõte quaſi ad iactũ binũ ſagitte eſt ſpe-
*Locus lacrimarũ adam ⁊ eue*
lunca in quadã ruppe In qua Adam ⁊ Eua fecerũt penitenciã ⁊ luxe-
runt Abel occiſum centũ annis Et ibi eſt mõ aqua ⁊ vocatur mõ locus
*Mõs mambre*
lacrimarũ. Juxta Ebrõ verſus meridiẽ eſt mõs Mambre forte ad v: vl'
*Dom⁹ abrahe.*
ſex ſtadia Et ibi apparẽt adhuc muri domus vetuſtiſſime ipius Abra-
*Arbor ſacra ſub qua abrahã viſit tres angelos*
ham vbi mãſit Et iuxta illã domũ eſt arbor frõdoſiſſima ⁊ viridis. ſatis
alta ⁊ multũ ſpiſſa Et vocatur ilex. ⁊ eſt genus quercus Ibi Saraceni
faciunt ſuas deuotiones ⁊ in magna reuerẽcia habẽt illã arborẽ que tã
diu apparet viridis a tp̃e Abrahe vſq; nũc ⁊ ligãt panniculos in ramis
faciẽtes ſuos caracteres Et tenẽt q̄ ſi quis abſcideret aliquid d' p̃dicta
arbore. infra annũ moreretur Sub hac arbore dr̃ abrahã ſtetiſſe vt i ge
neſi dr̃ q̃n tres vidit ⁊ vnũ adorauit ideſt vidit ſctã trinitatẽ in ſpẽ ange
lorum Locus aũt ille in quo ſteterũt angeli eſt in mõte ſtipatus arbo
rib⁹ ꝓceris pulcerrim⁹ Et diſtat ab ilice quaſi ad vnũ ſtadiũ Et hãc ar
*Deſertũ Joannis baptiſte.*
borem vidi ⁊ tetigi Ab ebron mediũ miliare eſt deſertũ vbi Joẽs ba-
ptiſta mãſit poſtq; egreſſus eſt de primo deſerto qd' eſt ꝓpe ilr̃m diſ-
tans ad ſcdm mediũ miliare ⁊ a domo paterna medio tantũ diſtat mi
*Sepulchrũ Loth.*
liari Septio miliario italico ab Ebron ẽ ſepult⁹ loth nepos Abrahe In
alia parte ciuitatis Ebron eſt mõs groſſus ⁊ altus. In cuius ſumitate

Cayn occidit Abel fratrē ſuum. diſtans ab Ebron ad ſex ſtadia. Et ab
hoc loco occiſionis Abel ad vnū ſtadiū eſt locus Ubi deus oīnipotens
adducens Abrahā oſtendit ei mirabilia ſua Et qñ ignis deſcēdit de ce
lo ⁊ cōburebat ſodomā ⁊ ruebat Et de illo loco videtur mare mortuū
⁊ etiam mare magnū. ¶ Loca occidētalia reſpectu Jrl'm. De irl'm
verſus occidentē ad mediū miliare eſt clauſtrū forte Jacobitaꝝ Et ibi
demonſtratur locus de quo exciſum eſt lignū ſctē crucis. Et diſtat ille
locus a irl'm vno medio miliari nr̄o. Et iuxta illū locū eſt via ad domū
Zacharie. A irl'm ad vnum magnū miliare polonicū vel ruthenicū eſt
eccleſia murata ſatis alta vbi natus eſt ſctūs Joannes baptiſta: et ibi
modo Saraceni fecerūt ſtabulū oviū ⁊ caprarū Eſt tñ ibi Indulgēcia
plenaria. Ultra illā eccl'am ad duo ſtadia eſt domus Zacharie Et ibi vi
ſitauit beata virgo Maria Elizabeth in īferiori loco domus: quia in ſu-
periori loco fuit palaciū Zacharie. Ibiqꝫ in eodem loco inferiori Eliza-
beth abſcondit Joannē puerū in ruppe a facie herodis ꝑcucientis pue-
ros Eſt etiā ibi fons vbi philippus baptiſauit Eunuchum. A domo Za-
charie adhuc verſus occidentē eſt deſertū diſtans medio miliari nr̄o a
domo Zacharie: vbi beatus Joānes baptiſta ſexto anno etatis ſue vel
circa de domo paterna ſe trāſtulit. ibiqꝫ manēs locuſtas ⁊ mel ſilueſtre
māducauit Et ibi eſt capella vbi māſit atqꝫ eſt ibi riuulus aque ⁊ rube
tum In medio vie a domo Zacharie adhuc eſt lapis groſſus admodū
ſedis cauatus In quo Zacharias dr̄ ſepius quieſcere quādo ſolebat viſi
tare Joēm filium ſuū Et iſtud deſertū Joannis fuit primū diſtans a ie
ruſalē duabus leucis id eſt mediū ſcd'm miliare de noſtris vbi eſt aſcē
ſus de irl'm ꝑ mōtana Judee. Per hāc viam vaditur in egiptū. Iterū
de irl'm verſus occidētē aliq̄l'r tñ declinādo ad aq̄lonē vadēdo ad Jop
pen ſeu Japhum vbi eſt portus peregrinorū in littore maris. Primo
occurrit arimathia opidum Joſeph decurionis qui ſepeliuit dn̄m di-
ſtans a irl'm ꝑ vnam leucā. i. medio miliari noſtro ⁊ eſt in monte alto.
⁊ videtur de irl'm Et ibi eſt capella in qua eſt ſepulcrū ⁊ oſſa ſcti Samu
elis ꝓphete Et ibi Judei cuſtodiūt hāc capellā Circa hāc capellā nō eſt
aliud niſi vna domus vbi Saracenus habitat. Et hec arimathia voca-
tur etiam Ramatha. Nec multū iſta via diſtat ab illa que eſt verſus do
mum Zacharie de irl'm. niſi ꝙ domus zacharie declinat verſus occidē
tem. ſed arimathia de irl'm declinat aliqual'r ad aq̄lonē. Adhuc de irl'm
vadendo ad Joppen v̄ſus occidētē aliqual'r ad aquilonē eſt Emaus ca
ſtellum diſtās ſexaginta ſtadijs a irl'm id eſt duabus leucis hoc ē ad me
dium ſcd'm miliare noſtrum. vbi dn̄s ſecutus diſcipulos duos in die re-
ſurrectionis comedit cū eis Et ibi hodie nihil aliud eſt niſi domus mu
rata quadrāgularis carens opimēto Circa iſtū locū Peregrini trāſeū
tes ieruſalē ſolent pauſare ⁊ neſciūt quicquā de iſto loco: quia Sarace

Ubi Cain occi-
dit abel.

Clauſtrū Jaco-
bitaꝝ.
Ubi eſt exciſa
crux chriſti.

Locus natiuita
tis Joannis ba
ptiſte.

Domus zacha-
rie.
Fons in quo phi
lippus baptiſa-
uit Eunuchū.
Deſertū Joan-
nis baptiſte.
Lapis quietis
zacharie.

Arimathia.

Samuelis ſe-
pulchrū Ibi fuit
natus Samu-
el. Ramatha.

Emaus.

Joppen.

ni corū mutare eis nō indicāt. Per hāc viā de irl'm ad Joppen que vo
catur. Japhum vel zaphum ſunt forte ſedecim leuce. ideſt decem mili
ria noſtra. ⁊ non plus. Ibi eſt portus peregrinoꝝ katholicorū Ibi ho-
die nihil aliud eſt niſi due turres in littore maris quas Saraceni inha
bitant cuſtodiētes littus. Ad hunc portū veniētes xpiani de naui egre-
di nō audēt niſi primū miſerint ad fratres nr̄os in ieruſalē vt impetrēt
conductū ſaluū apud dn̄m irl'mitanum. Et habētes cōductū in egreſ

Tributū ex peregrinis.

ſu nauis ad terrā ſctām a qualibȝ pſona ſaracēi ꝑ teloneo accipiunt v.
ducatos auri ꝑ ſoldano A Joppen iterū v̄ſus ieruſalē ad vnum miliare

Mons Modon

maxim noſtrū eſt mōs modijn· Quarto miliario a modijn eſt lyda ciui

Lijda que diſpolis. ⁊ ſ. georgiꝰ
Enee claudi ſanatio
Cornelij bap:
Aſſur.
Tabite reſuſcitatio

tas que diſpolis dr̄ Jn qua corpꝰ beati Georgij fuiſſe teſtātur. Et nūc
ſctūs georgius a vulgo dr̄. Jn lyda petrus ſanauit claudū quēdā noīe
Eneam. Et ibi etiā Petrus baptiſauit Corneliū Ibi etiam eſt munitō
aſſur aliquot leucis a Joppen. iuxta mare vbi Petrus reſuſcitauit Ta-
bitham: Et nota ꝙ iſta predicta loca a Joppen ſunt ad dextrā partem
recte vie ducētis ad irl'm· Et de Joppen vadendo iuxta mare in circui
tu terre ſctē ad quatuor leucas in tribus miliaribꝰ nr̄is: diſtat Jeth nō
longe a mari ſita que fuit vna de ciuitatibus phyliſtinoꝝ. vbi iam incipit
terra Phyliſtinoꝝ ⁊ vocatur Paleſtina. hec Jeth ciuitas vocatur nūc

Ibylij ſeu Jeth principiū terre philiſtijn.

Jbylijn. Et hodie eſt paruum caſale in villa. De Jeth ad duas leucas

Bethſanies.

eſt Bethſames cōtra auſtrū. Deinde iuxta mare eſt acharon vna de v
ciuitatibus Phyliſtinoꝝ non lōge ab Azotho Ubi nūc ē eccl'a Jn qua

Abacuk ab angelo portatus.

angelus domini inueniēs abacuk portantē prādiū meſſoribus tulit ca-
pillo capitis in babiloniā vbi eſt nunc Cayrus ſuꝑ lacum leonū vbi erat
Daniel. Nūc vero eſt paruum caſale. De acharon duobus miliaribus

Azotus.

noſtris iuxta mare eſt azothus. Deinde alijs duobus miliaribus nr̄is di

Aſcalona herodis patria.

ſtat Aſcalona ciuitas de qua fuit Herodes dictus aſcalonita cuius tē
pore chriſtus eſt natus. De aſcalona duobus miliaribꝰ nr̄is cōtra au-

Gazare vl' gaza Ubi Samſon ſe occidit.

ſtrum eſt ciuitas Gazare vna de v. ciuitatibus phylijſtinoꝝ vbi Sam-
pſon ſeipm̄ interfecit in palatio cuius adhuc parietes manēt. Et hec ci
uitas adhuc ꝑmanet ⁊ ꝑ eam itur de irl'm v̄ſus Egiptū Et prius voca-
batur gaza hodie gazare dr̄ Et diſtat puto a ieruſalē ꝑ duas dietas.

Damiata
Hieremie lapidatio.

Jtem de hac gazare dieta vna cū dimidia v̄ſus egiptū eſt damiata ciui
tas Egipti vbi Jheremias ꝓpheta fuit lapidatus Damiata antiqua ē
deſtructa ſed loco eius alia eſt edificata diſtans a mari ꝑ duas leucas
Et eſt in rippa Nylij fluuij vbi nūc eſt portus mercatoꝝ de Jponenti.

¶ Loca aquilonaria Jeruſalē

Pro quo nota quod Siria ſub qua in
cluditur terra ſctā eſt regnū latiſſimū Tota em̄ terra que eſt a tigri flu-

Sirie extenſio.
Sirie partes.

uio vſqȝ ad Egiptū: Et a mari magno vſqȝ Arabiā gn̄aliter Siria nun-
cupatur Cuiꝰ Sirie ꝓuincie ſunt iſte j Judea que erat caput ij tribuū.
ij Samaria caput x tribuū iij prouincia phenicis iiij Celeſiria v Tra-

conitidis vj Iturea vij Gallilea viij Meſopotania ix Idumea x Siria damaſci ¶ Prouincia phenicis Que eſt ad aq̄lonē reſpectu ieruſalem Et eſt vltra gallileā ad aquilonē reſpectu ieruſalē In qua ꝓuincia Phenicis eſt Achon diſtans a ieruſalē ꝑ xxxvj. leucas id eſt ꝑ xxvij miliaria noſtra hec ciuitas Achon antiquitus dicebatur Tholomayda valde munita Cuius due ꝑtes a mari ambiūtur Tercia campū reſpicit qui eā fecūdat hec ciuitas achon nūquam fuit de terra ſancta Nec a filijs iſrahel poſſeſſa licet in tribu Aſer in deſcriptione terre ſctē fuerit aſſignata Et habet ab auſtro montē Carmeluꝫ Non illū qui eſt in tribu Iuda vbi ille Nabal habuit paſtores ⁊ domū ꝓ eis ⁊ ibi totōdit oues Et ſemel cōtingit ꝙ Dauid miſit ad euꝫ ⁊c. Ille ſtultus nabal reprehēdit Sꝫ Abigayl vxor eiꝰ ⁊c. Ut j Re. xxv Sꝫ iſte mōs Carmelꝰ ē i tribu Iſachar In q̊ morabatur helias ī hoc mōte fuit villa noīe Zaphra vbi vt aiūt aliq̄ Jacobus ⁊ Jōes filij Zebedei germani nati ſunt In pede huius mōtis vltra torrentē Cyſon ad iiij leucas eſt ciuitas Cayphas ſiue porphiria vbi Helias ſacerdotes Baal interfecit vt dr̄ Re: hec vero regio phenicia ſiue Siria phenicis ad huc extēditur cōtra auſtrū i. vſus ieruſalē ad tres leucas. Deinde ad tres leucas trāſeūdo montē Sarō fuit caſtrū Scādaliō qd alexāder magnus obſidēs Thirū dr̄ cōſtruxiſſe qd poſt paſſionē xp̄i Baldwinꝰ rex ieruſalē dr̄ repaſſe. ¶ De Achon ꝓcedendo cōtra Aquilonē forte ad vij leucas Eſt Thyrus ciuitas magna in pede montis ſita vndiqꝫ circumdata ⁊ muris fortiſſimis munita In hac ciuitate multe fuerūt reliquie ſctōꝝ Ibi etiā Origenes ſepultus fuit Ibi innumera multitudo martirum occubuit Ante portas ciuitatis auſtralem ad iactū duarū baliſtarum oſtenditur locus p̄dicationis xp̄i. ⁊ lapis vbi predicauit vbi fuit fūdata eccleſia Ibi etiam eſt locus vbi mulier extulit vocē ſuam dicēs Btūs vēter qui te portauit Itē Thyrus xp̄m ambulatē in marittima Sirie noluit vt fertur recipe Et hec Thyrus forte diſtat a ieruſalē xl. leucis forte xxx miliaribus noſtris a Thyro verſus orientem forte ad xij. leucas. vel circa Eſt belena ciuitas in pede mōtis libani que eſt cōtra damaſcum que prius leſen vocabatur Cum eīn eſſet ꝓcul a Sidone fere ad x leucas quia adiutoriū nō habuit ceperūt eā filij Dan ⁊ appellarūt dan Vñ dr̄ j Re. Cōgregatus eſt populus a Dan vſqꝫ Berſabee que nūc Gybilinꝰ dr̄ Et nota ꝙ a dan incipit terra ſctā ⁊ ꝓtenditur in lōgum vſqꝫ ad berſabee per. 120. leucas lombardicas Nam a ieruſalē vſqꝫ berſabee ſunt xxv leuce vbi eſt terminus Iudee contra Auſtrū ⁊ hec barſabee eſt cōtra deſertū magnum quod extenditur vſqꝫ ad flumē Egipti In quo filij iſrael multo tp̄e māſerunt de loco ad locū tranſeūtes Dicta aūt ciuitas Dan vel leſen vel belena nūc vocatur Ceſarea Philippi. quia eā philippus tetrarcha appellauit Ceſaream in honorē Tyberij Ceſaris que grece Paneas dr̄

Phenicie ſitus Achon que Tolomaida vocatur.

Carmelus mons duplex.
Nabal.
Helie habitatō
Zaphira villa.
Toreus cyſon.
Ubi helias ſacerdotes baal occidit.
Mons Saron.
Scandalion.
¶ Thyrus.

Origenis ſepulchrū.
Locus predicationis chriſti.
Ubi dictū eſt. Btūs venter qui te.
Belena olim Leſen. Libanꝰ mons.

Dan.
Berſabee nūc gibilinus.
Terre ſancte extenſio.

Ceſarea Philippi.

# Terre ſancte deſcriptio.

Ibiq̃ in declino mõtis libani duo fõtes oriuntur ſcȝ Jor ⁊ Dan q̄ poſt modicū cõfluētes Jordanē efficiūt q̄ Pellā ⁊ iter Tyberias ītrat mare Jſtud flumen Jordanis quādā vallē ingrediēs in ſtagnū colligitur qđ ad aquas maron vocatur Qui poſt longos circuitus quos facit Traconitidem ⁊ Jtureā ſeparās Tādē inter Capharneū ⁊ Corozayn mare gallilee ingreditur ad quatuor leucas a Cedar ciuitate que ē ſupra mõtem poſita Et de mari egreditur ⁊ poſt longū ſpaciū Jordanis valles ingreditur ⁊ ī ſtagnū colligitur qđ vocatur mare mortuū de quo infra

¶ Redeo ad Thyrū Jtā de Thyro ad tres leucas cõtra aquilonē ē fluuius Eleuterius fluens de Jturea ſiue gallilea genciū qui intrat mare magnum Uſq̃ ad hūc fluuiū Jonathas pſecutus eſt demetriū Ab iſto fluuio eſt Sarrepta Sidonioꝝ ad tres leucas in littore maris Et hec ciuitas Sarrepta apparet quõdā glorioſa fuiſſe: hodie eſt modica. Añ eius portam oſtenditur vbi Helias venit ad viduam Sarreptanam ⁊ ibi filium eius ſuſcitauit ⁊ ibi erat cenaculum vbi cenauit Jbi lechitus olei ⁊ farina nõ ſunt imminuta. De Sarepta ad duas leucas eſt Sydõ quondā ciuitas magna vrbis fenicis cuius ruine adhuc magnitudinē eius teſtantur ⁊ adhuc eſt fortis in corde maris ſita habens hinc inde duo caſtra munita Ante portā Sydonioꝝ oſtenditur vna capella in loco vbi dñs Jhūs locutus eſt cū muliere cananea ⁊ ſanauit filiam eius in via que ducit ad Ceſareā philippi ⁊ Jturеam. Ab iſta ciuitate Sydoniorum contra orientē mons Antilibanus eſt: ⁊ diſtat ꝑ vnam leucam ⁊ dimidiam ⁊ ibi habetur vinū delicatiſſimum. Ultra Sydonē ad ix leucas eſt ciuitas valde nobilis ſcȝ Beruth vbi dr̄ xpūs predicaſſe Jbi fuit imago ſaluatoris a Judeis ꝑcuſſa ſanguinē fluens ibi circa beruth ſanctus georgius circa mare fertur occidiſſe draconē Alij dicunt ꝙ in georgia. Poſt Beruthū ad ix leucas eſt ciuitas Bibliū de qua dr̄ in libro Re: De biblio ad ix miliaria eſt ciuitas Tripolis nobilis ⁊ munitiſſima abundans multis bonis. Jbi habitant in ea greci latini armeni Maronite Et de ſerico ibi multa faciunt Campus ante ciuitatem ꝯtinet vnam leucā in longitudine ⁊ in latitudine dimidiā. Juxta Tripolim ciuitatem eſt fons ortorum fluens impetu de lybano. ſicut dr̄ in Canticis. Ad radicem montis lybani oriūtur farfar ⁊ abana fluuij damaſci. in finibus illis Euſtachius vxore priuatus ⁊ filijs deſolatus receſſit. Abana ſe mari magno copulat farfar ꝑ Siriam tendēs in antiochiā labēſq̃ ſecus muros eius quarto miliario ab antiochia in portu ſcti Simeonis mediterraneo deſcendit. De Tripoly ad duas leucas eſt mõs Leopardorum rotūdus ⁊ altus diſtans a lybano ad vnā leucā Jn pede aquilonari eſt ſpelunca in qua eſt monumentum habens xxvj pedes lõgitudinis Et illud dicūt Saraceni eſſe ſepulcrū Joſue Sed creditur ꝙ ſepulcrum Joſue eſt circa Sychen in latere mõtis. De ſpelunca iſta ad tres

Fontēs Jordanis. Pella tiberias Stagnū ad aquā maron.
Mare galilee.
Cedar.
Mare mortuū.

Eleuteriꝰ.
Jturea ſiue galilea genciū.
Sarepta ⁊ Sodonioꝝ.
Ubi helias ſuſcitauit filiā vidue
Sijdon.

Ubi xpūs alloquebatur chananeam Antilibanꝰ

Beruth.
Ymago ſanguine fluens.
Ubi ſanctus Georgius occidit draconē Bibliū
Tripolis.

Fons ortoꝝ.
Farfar Abana.
Ubi Euſtachius vxore ⁊ filij ſpriuatus
Portus. ſ. Symeonis. Leopardoꝝ mons.

Sepulcrū Joſue

leucas contra aquilonē oſtenditur caſtrū Arathas. ibi etiā ꝓpe eſt La
odicia ciuitas magna. De Arathas vſqꝫ in antheradū ſunt octo leuce
vbi beatus Petrus ꝓ̄dicauit dum iret Antiochiā Hee oēs ciuitates
ſunt verſus aquilonē reſpectu achon De achon aūt verſus orientē ad
v. leucas occurrit Caſale quoddā quod ſctūs Georgius dr̄ quia ibi fuit
natus Et eſt ſitum inter mōtana in valle In beruth aūt occidit draco-
nem. In Rama aūt q̄ diſtat ab ir̄lm ꝑ xx. miliaria fertur fuiſſe ꝯbuſtus
In lydda autē ſiue diſpoli corpus beati Georgij martiris fuiſſe dicitur
Ab illo caſali qd ſctūs Georgius dr̄ ad duas leucas verſus orientē eſt
Dothaijm ſub monte Bethulie vbi Joſeph inuenit fratres ſuos Et eſt
locus pinguis in paſcuis ⁊ aquis Et eſt ibi ciſterna vbi Joſeph fuit miſ
ſus. ¶ Ultra beruth credo ad xx ⁊ aliquot leucas eſt illa ſa
cra Antiochia in ꝓuincia Celeſirie. vbi Petrus kathedrā ſuſcepit que
eſt poſt antheradū que adhuc eſt in ꝓuincia phenicis De antiochia fu
it Galienus medicus ⁊ beatus Lucas ewangeliſta medicꝰ nepos eiꝰ
quem ipe galienus docuit medicinā hec prius vocabatur reblata ſed
ipſam Antiochus ampliauit ⁊ tūc vocata fuit Antiochia. In ipo prin-
cipatu Celeſirie verſus occidentē eſt ciuitas Tharſis In qua fuit natꝰ
btūs Paulus aplus. ¶ De Achon verſus auſtrū ſeu ir̄lm In
prouincia gallilee iam ē ciuitas Neptalim ciuitas Thobie. De nepta-
lim ad duas leucas eſt Beczayda ciuitas Andree ⁊ Petri ⁊ Philippi
Et eſt ſupra mare gallilee cōtra orientem iuxta quā fluit Jordanis flu-
uius paruus ⁊ intrat mare gallilee. Inde a Beczaida ad duas leucas cō
tra meridiē eſt Magdalum caſtrū ſuꝑ mare gallilee. de q̊ Maria ma-
gdalena traxit vocabulū. De Bethſayda cōtra orientē ad vnam leucā
eſt locus vbi ſtetit dn̄s Jhūs in littore maris poſt reſurrectionem qn̄
dixit diſcipulis ſeptē Pueri habetis pulmētarium Cuius adhuc veſti-
gia in lapide oſtenduntur Circa hoc mare gallilee xp̄us ſepius ambulaſ
ſe legitur Ibi eciā vocauit ad ſuū apoſtolatū Petrū Andreā Jacobū ⁊
Joannē Ibi ſuꝑ vndas ſiccis pedibus ambulauit Ibi Petrus ad eum
voluit etiam pedibus ire ſed incipiebat mergi ⁊ eum dn̄s erexit Ibi re
the aploꝝ ruptū pre magnis piſcibꝰ Ibi ꝓpe hoc mare ē ciuitas Thi-
beria a q̄ etiā vocatur mare Thiberiadis i q̄ habetur mēſa illiꝰ cene quā
fecerūt xp̄o ij. diſcipuli in Emaus in die reſurrectiōis Ibi de ꝓpe mō
ſtratur mōs dictꝰ mēſa mōs pinguis In cuiꝰ pede dn̄s ſaciauit v. milia
hoim de v. panibꝰ De hoc mōte mēſa ad vnā leucā ⁊ dimidiā cōtra orië
tē eſt Capharneū quōdā glorioſa ciuitas xp̄i ⁊ ibi iuxta Capharneū habe
tur caſtrū forciꝰ tociꝰ terre ꝓmiſſiōis. In q̊ ferunt natā eſſe beatā Annā
matrem beate virginis Marie Deinde eſt Corozaym cui dn̄s inpreca
tus eſt De corozaym ad quatuor leucas cōtra orientē eſt Cedar ciuitas
munitiſſima Ibi eſt Chana gallilee vbi dn̄s cōuertit aquā in vinū in nu

Arathas caſtrū
Laodicia.
Antheradum.

Sanctus Geor
gius.

Dothaijm. Mōſ
bethulie
Ciſterna ioſeph
¶ Celeſiria
Anthiochia
olim reblata.
Galienus. Lu-
cas euāgeliſta.

Tarſis.

¶ Gallilea
Neptalim.
Bethſayda.

Magdalon.
Ueſtigia xp̄i in
lapide.

Que xp̄s fecit
circa mare gali
lee.

Tiberia.
Mēſa cene dn̄i
in emaus.
Ubi xp̄us ſatu
rauit quinqꝫ mi
lia hominū.
Capharneum
Caſtrū i quo fer
tur nata. ſ. An-
na.

pcijs. Jbi eſt locus nuptiarū caverna in ſaxo cavata que capit paucos
homines Deinde de Chana gallilee ꝯtra meridiē verſus Thyberiadē
ſupra dothaym eſt mons Bethulie vbi Judit occidit Holofernē De
Bethulia ad vij. leucas eſt Thiberias civitas ſupra mare gallilee olim
dicta Genezareth De Chana gallilee contra auſtrū ad ij leucas eſt civi
tas Zophot de qua fuit oriūdus ſctūs Joachim pater beate virginis
⁊ ſctā Anna Et eſt tribus aſer iuxta vallem Camaleō.
De zophot ad duas leucas cōtra auſtrū ſed aliquātulū declinando ad
orientē eſt illa glo͛ſa civitas Nazareth vbi flos florū de radice Jeſe pul
lulavit Jn Nazaret labitur egregi⁹ fons ex quo in puericia Jhūs ſole
bat haurire ⁊ matri ſue deferre Et hec civitas diſtat ab irl͞m ꝑ tres die
tas vel circa quaſi xv milaria noſtra Erat quondā civitas Nūc eſt opi
dulum parvulū ſicut ⁊ bethleē paucas domos habēs Jbi eſt locus vbi
angelus Gabriel nunciavit beate virgini incarnationem filij dei. Sed
illa capella vt fertur de illo loco eſt trāſlata ad loretū ꝑ angelos. Et di-
ſtat Nazareth vij leucis ab achon. Extra Nazareth verſus auſtrū ad di
midium leuce eſt locus in rupe in mōte qui vocatur ſaltus domini vbi
Judei volebāt Jhūm precipitare ⁊ exivit de manibus eorū ⁊ in ruppen
aliam ꝓſilit Jn qua mōſtrātur veſtigia pedū eius De iſto mōte p̄cipi
tationis xp̄i videtur mōs Thabor. Hermō ⁊ Hermonij Villa illa En
dor vbi Saul ad phitoniſſam venit Et Naym ⁊ Jezrahel. Et fere tō-
ta magnitudo campi Ezrelon. De Nazareth ad mediū ſcd̄m miliare
ruthenicū cōtra orientē eſt ſacer mōs Thabor vbi xp̄us eſt trāfigura-
tus Jn pede mōtis huius oſtenditur locus vbi Melchiſedech qui alio
nomine dr̄ Seth filius Ade occurrit Abrahe a cede regum revertenti
quādo recuperavit Loth nepotē ſuū Et iſte eſt mōs altus Jn quo ſunt
ruine palatioꝝ ⁊ edifitioꝝ in quibus latitant leones ⁊ alie beſtie Et ſūt
ibi regales venatiōes Jn deſcenſu huius mōtis a pte orientis eſt Tor-
rens Cyſon. ¶ Ultra torrentē cōtra auſtrū ſed aliquātulū
contra orientē eſt mons Hermon modicus Jn cuius latere ſupra tor-
rentem Ciſon eſt villa Endor p̄dicta Poſt ad tres leucas eſt mōs Ca
ijm vbi lamech occidit Chaijn Poſtea mons macedo Mons gelboe
⁊ mons Hermō ita ſunt diſpoſiti vt ſit hermon ab Aquilone ⁊ gelboe
ab auſtro Et in medio eſt planicies duarum leucarū lata quatuor lon-
ga Jſta planicies eſt vbi ſepe fuerūt cōflictus magni Jbi eñ gedeō ſu
peravit madianitas Saul ſupatus eſt a philiſteis Et philiſtei caput ei
us abſcidētes ⁊ Jonathe ſuſpenderūt in civitate Bezan in muro que
eſt inter Jordanē ⁊ gelboe Nota tñ ꝙ de mōte gelboe non eſt verū qd
dicitur ꝙ nec ros nec pluvia ibi deſcenderit. ſed bene verum eſt ꝙ eſt ſte
rilis et aridus ⁊ petroſus Nota etiam ꝙ Gallilea eſt fere tota campe-
ſtris ⁊ plana.

Mons bethulie vbi olofernes occiſus ē Thiberias ſeu genezareth. Zophot patria ſ. Joachī Camaleon. Nazareth. fōs

Locus annūciatiōis incarnatōis verbi dñi. Ubi iudei volebant precipitare dñm. M. Thabor. M. Hermon. M. Hermonij Endor. Naim. Jezrael. Cāpus ezrelō. Thabor Mōs Ubi Melchiſedech occurrit Abrae. Torrēs Ciſon.

Mons Hermō Endor. Mons Caijm vbi Lamech occidit Caijm. Situs gelboe ⁊ Hermon. Ubi gedeon vicit Saul ⁊ Jonata. Gallilee diſpoſitio. Cilim caſtrū

¶ Samaria. Prouincia ſamarie incipit a Eylim caſtro contermina
galilee. ¶ Pro quo nota ꝙ Samaria eſt montoſa Et a caſtro Gylym
vſqꝫ ad Jordanem cōtra orientem ſunt ſex leuce. De Eylim ad quinqꝫ
leucas contra auſtrum eſt ciuitas Samaria que nūc Sebaſte dicitur no
bilis quōdā nunc niſi duas domos habet in ſumitate mōtis: vna vbi fu
it palacium regis Scda eſt in honore ſcti Joannis baptiſte Jn qua fu
it ſepultus inter Heliſeū ꝛ Abdiam. Et diſtat ciuitas Samaria a irl'm
forte xi. leucis Trāſlatum em̄ fuit corpus beati Joānis de Machyrōta
opido qd hodie dr Ajelon vltra Jordanē. in dictam Sebaſten Jbi eti
am eſt ꝓpe Therſa. De Sebaſte cōtra auſtrum duabus leucis ē mons
Bethel. Jn de ad dimidiā leucā eſt mons Dan ſupra ciuitatē Sychen
ad ſiniſtrum. Jnter bethel ꝛ Dan eſt ciuitas Sychen vel opidū magnū
que nunc Neapolis dr que alio nomine dr Sijchar de qua Joannes. de
hac Sijchen filius emor enei rapuit dijnā filiā Jacob. Jn Sijchē fuerūt
oſſa Joſeph de Egipto trāſlata ꝛ ſepulta. Sychen diſtat ab irl'm ſpatio
duarum dietarū Et ꝓpe iſtam ciuitatē eſt campus quē Jacob donauit
filio ſuo Joſeph Et ibi nō longe a porta ciuitatis Sychen eſt fons Ja
cob ſiue puteus ſup quē dn̄s ſedit ſiciens fatigatus ex itinere ꝛ pecijt a
Samaritana aquā Jn quo loco quondā fuit eccl'a fabricata A dexterā
Sychen eſt mons Gariſijm: de quo dicebat mulier xp̄o patres noſtri
in mōte hoc adorauerūt ꝛc. Ad ſiniſtrā fontis oſtenditur māſio Jacob
ꝛ predium quod dedit. Joſeph Per vnam leucā ꝓpe Sychen eſt ciui
tas Luza in qua habitauit Abraham ꝑ multum tp̄us. Jn luza vt aiunt
aliqui Jacob dormiens vidit ſcalam quādo dixit ꝙ terribilis eſt locus
iſte ꝛc Et appellauit locū illū Bethel qui antea luza vocabatur Jn mō
te Bethel quidā opinātur ꝙ Abrahā filium ſuū Jſaac voluit imolare
Alij vero dicunt ꝙ in mōte caluarie: vbi dn̄s eſt crucifixus. A quibuſdā
dicitur ꝙ locus vbi Jacob dormiēs vidit ſcalam ſit ille locus montis
vbi poſtea templum eſt edificatū a Salomone. De Sychen ꝓcedendo
contra orientē ad Jordanē ad quatuor leucas eſt Emon opidum val
de bonum ¶ Sciendū aūt ꝙ ab ortu Jordanis ſub monte lybano vſqꝫ
ad deſertū Pharan fere ꝑ centū miliaria ꝛ plus ipſe Jordanis in vtro
qꝫ latere campos latos ꝛ amenos habet Et inde vſqꝫ ad mare mortuū
Planicies aūt que eſt inter Jordanē ꝛ Jhericho vocatur Galgala vbi
longo tp̄e caſtrametati ſunt filij Jſrahel tranſito Jordane.
¶ Loca orientalia reſpectu irl'm Un̄ nota ꝙ in parte orientali muri ci
uitatis irl'm duntaxat hodie eſt vna porta que ducit cedar vel ad tor
rentem ꝛ montē oliueti. quia porta Aurea que erat iuxta templū Sa
lomonis ꝑ quā dn̄s intrauit in Ramiſpalmarū eſt cluſa Sed per illam
portam predictā fit egreſſus de ciuitate verſus montē oliueti ꝑ deſcen
ſum ad duo ſtadia ad vallem. Ubi primo eſt lapis albiſſimus latus ꝛ
aliqualiter eminēs a terra vbi ſctūs Stephanus eſt lapidatus Et ibidē
R

Eylim caſtrū.
Samaria ſeu ſebaſte.
Sepulcrū Jōis baptiſte.
Therſa.
Mōs betel.
Mōs dan.
Sijchen ſeu neapolis vel ſichar.
Oſſa Joſeph.
Fons iacob vbi dn̄s petiuit aq̄s a ſamaritana.
Mōs gariſijm.
Preciū qd dedit Jacob ioſeph
Luza.
Uiſio ſcale.
Betel. Ubi iſaac imolatur.
Emon.
Ab ortu iordanis vſqꝫ ad deſertū pharā campi.
Galgala.
Porta orientalis vrbis irl'm.
Porta aurea.
Ubi ſctūs Stephanꝰ lapidatꝰ ē

per aliquot paſſus in ſuꝑiori loco mōſtratur locus vbi Sctꝰ ſtetit cu-
*Pons ꝑ torrē tē cedron.*
ſtodiendo veſtimēta lapidanciū. Deſcendēdo vltra a loco ſcti Stepha
ni verſus montē oliueti minus ꝙ̄ mediū ſtadiū eſt pōticulus cū teſtu-
dine ꝑ torrentē Cedron ſiue ꝑ vallē Joſephat: de quo loco iudei iacie-
bant lapides ſuꝑ Stephanū In eodēq̄ꝫ loco torrentis vbi eſt iſte pōticu
*Lignū ꝑ quod Saba trāſire noluit.*
lus lapideus regina Saba vidit lignum ⁊ in ſpū intellexit ꝙ in eo ſal-
uator mūdi ſuſpendendus erat de quo ligno tunc fuit factus pōticulus
trāſeūtibus: ꝓpter qđ ipa dū veniebat audire ſapienciā ſalomonis illo
tranſire noluit ſed aliunde in ciuitatē intrauit Et poſtq̄ꝫ domū rediit re
*Ortus.*
gi Salomoni de hoc ligno intimauit quod ſalomō abſcondit. Pertrā
*Eccl'a ī valle io ſaphat*
ſeundo p̄dictū torrentē incipit ortus in ingreſſu mōtis oliueti Et a di-
cto torrente ad xvj paſſus in valle Joſaphat habetur eccl'a ſubtꝰ terram
miro tabulatu exornata nullam habēs feneſtrā Et ad hāc eccl'am ē de
*Sepulcrū ſctē Anne ⁊ ioachi Sepulcrū ſctē Marie.*
ſcenſus per gradus Et deſcendēdo ad dictā eccl'am a parte dextra di-
ctorum graduū eſt in pariete ſepulcrū qđ dr̄ ſctē Anne. ad partem ſini
ſtram dr̄ eſſe ſepulchrū Joachim. In choro aūt p̄dicte eccl'e eſt ſepul-
crum beatiſſime virginis Marie ad inſtar ſepulcri criſti: vbi fratres mi
nores de obſeruācia quolibet ſabbato legūt miſſam nocte de aſſumpti
one glorioſe virginis Marie: vbi quotidie lampades ardēt diſpoſite ꝑ
criſtianos. Ad hanc eccl'am xp̄iani acceſſum non habent liberum niſi
pro queſtu: nam Maurus cuſtodit illum locum in die ⁊ intromittit ibi
neminem niſi accepto precio. ſoli fratres noſtri habent acceſſum libe-
*Miraculum.*
rū ⁊ ingreſſū: quibus p̄dictus Maurus obtulit clauē coactus miraculo
Nā ꝑ multos annos fratres noſtri qn̄ celebrare volebāt ibidē: ſoluebāt
ſingulis vicibus vnū maiedin .i. groſſum E wardianꝰ cenaculi domini
non potēs ſufficere talē exactionē cōtribuere. voluit ibi celebrationem
deinceps dimittere ⁊ deliberauit Tūc beatiſſima virgo illi Mauro ap
paruit cuius area eſt eundemq̄ꝫ ꝑterruit ⁊ cōminabatur horribiliter p̄ci
piens vt fratres ſineret libere ibi diuina celebrare in ſepulcro eius ⁊ vi
ſitare: perterritus Maurus venit ad fratres eiſdem terrorē p̄dictū nar
rando clauemq̄ꝫ dedit: et ita iam qn̄ volunt liberi ſunt ad intrandam ⁊
celebrandum ſine p̄cio. in eadem eccl'a eſt fons Et ibi circa ſepulcrum
*Locus in q̊ dn̄s orans ſanguine ſudauit.*
virginis Marie eſt indulgēcia plenaria Ab hac eccl'a verſus orientem
ad xvj paſſus pedum eſt rupes cauata in lapide in terra: vbi dn̄s Jhe-
ſus trina vice intrauit ad orandū ⁊ ibi ſanguinē ſudauit Et hec ruppes
eminet ſupra terrā ad genua hoīs Et p̄dicta eccl'a ⁊ locus orōis fue-
rūt in orto qui eſt in pede mōtis oliueti: Et de locis illius orti ⁊ vbi do
minus pauſabat inferiꝰ declarabo. A torrente igitur p̄dicto aſcendē-
*Vbi dn̄s aſcendit aſinā in die palmarū*
do ꝑ trāſuerſum orti: ⁊ p̄tereūdo p̄dictā eccl'am que eſt ad dexterā par
tem vie ad vnū ſtadiū eſt lapis de quo dn̄s aſcēdit aſinū qn̄ in die pal-
